



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio
Missæ, ...

Bosco, Jean a

Lovanii, 1667

Sectio IV. De effectu & valore Sacrificii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73377)

SECTIO QVARTA

De effectu & valore Sacrificii.

Sacrificium Missæ non solum esse la-
treuticum, sive holocaustum, quate-
nus totum offertur in cultum & ho-
norem Dei; & Eucharisticum, quate-
nus offertur in gratiarum actionem

pro omnibus beneficiis, præsertim in redem-
ptione nostra, ac in ordine ad salutem à Deo
collatis; sed esse insuper propitiatorium, &
satisfactorium, quatenus offertur pro remissio-
ne peccatorum, & satisfactione pœnarum tem-
poralium, nec non impetratorium, sive hos-
tiam pacificam, quatenus celebratur pro be-
neficiis acquirendis nemo abnuat, qui credit
Traditioni Ecclesiæ, antiquissimis Lyturgiis,
atque innumeris veterum Patrum testimoniis.

Tametsi enim hæ rationes sint diversæ,
minimè tamen oppositæ, adeoque possunt si-
mul concurrere in eodem hoc Sacrificio, ut
pote quod successit, ut ait Divus Augustinus
lib. 17. de Civit. Dei cap. 20. omnibus illis Sa-
crificiis veteris Testamenti, quæ immolabantur in um-
bra futuri, & bona omnia (ut verbis Triden-
tini sess. 22. cap. 1.) per illa significata, velut
illorum omnium consummatio & perfectio complecti-
tur.

Quod autem de facto simul concurrant, his
verbis docet idem Concilium eadem sessione
can. 3. Si quis dixerit Sacrificium Missæ tantum esse
laudis, & gratiarum actionis, aut nudam comme-
morationem Sacrificii in Cruce peracti, non autem
propitiatorium vel soli prodesse sumenti; neque pro vi-
vis & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus
& aliis necessitatibus offerri debere, anathema sit.
Quam doctrinam latius explicat ibidem cap. 2.
ut in progressu videbimus.

Quæritur autem primò, an id habeat Sacri-
ficio Missæ non tantum ex opere operantis,
sed etiam ex opere operato? Responso sit

CONCLUSIO I.

Sacrificium Missæ habet aliquem
effectum ex opere operato, aut
quasi.

Est Scoti Quodl. 20. n. 2. ubi sic ait: Hic
premittendum est unum, hoc scilicet, quod pro-
babile videtur, quod Missa non solum valet vir-
tute meriti, sive operis operantis; sed etiam vir-
tute Sacrificii, & operati. Vel non solum valet
virtute meriti personalis Sacerdotis offerentis; sed

etiam virtute meriti generalis Ecclesiæ in cuius per-
sona per ministrum communem offertur Sacrificium.

Probatio: Alioquin Missa mali Sacerdotis, qui
in illo actu non meretur personaliter, sed demeretur,
nulli valeret in Ecclesiâ: quod reputatur communiter
inconveniens, & rationabiliter iuxta illud Ioan. 6.
Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mun-
di vita. Quandocumque enim Christus ut summus
Sacerdos offert, panis quem dat, id est, caro eius,
est mundi vita. Ita Doctor Subtilis; cui proinde
falsò ab aliquibus impingitur sententia opposi-
ta.

Et verò quis audeat dubitare, an in eodem
Sacrificio inveniatur meritum, impetratio, &
satisfactio ex opere operantis? Est quippe
actus virtutis Religionis, & quidem præstan-
tissimus, tum ratione rei oblatæ, tum ratione
ipsius offerentis, sive principalis, qui est Chri-
stus, sive Sacerdotis, qui est offerens proximi-
mus, specialiter ad id munus consecratus, sive
etiam universalis Ecclesiæ, quæ eum designat
ut ejus nomine offerat. Quidni ergo Sacri-
ficio oblatum à Sacerdote existente in statu
gratiæ ex motivo Charitatis, quidni, inquam,
sit meritum condignum vitæ æternæ, sicut alia
bona opera?

Utique æquale meritum juxta DD. com-
muniter, etsi per errorem apponeretur panis ex
hordeo & vinum ex pomis: sicut si aliquis
volens dare pauperi monetam auream, daret
per errorem aream, non minus meteretur,
cum tota mensura meriti ex voluntate desu-
matur, juxta eosdem DD. in Tract. de Virtuti-
bus & Vitiis, quamvis oppositum non sit
improbabile, & fortè de mente Scoti, de qua
hæc nolumus disputare; quia impertinens ad
Conclusionem.

Porrò quæ meriti, similis est ratio impe-
trationis, & satisfactionis, ut patet conside-
ranti; nec aliquid est, quod in speciem pos-
sit opponi. Itaque Sacrificium est merito-
rium, impetratorium & satisfactorium, eo mo-
do & conditionibus, quibus alia bona opera,
& præsertim oratio.

Neque hoc tantum, verum etiam est im-
petratorium & satisfactorium ex sua institu-
tione, independentè à bonitate & devo-
tione Ministri, quasi ex opere operato, qua-
tenus offertur nomine Christi, & Ecclesiæ.

Probatur ex communi Ecclesiæ consensu;
siquidem docet Concilium Tridentinum sess.
22. cap. 1. Christum instituisse hoc Sacrificium
ut illius (Sacrificii cruenti) salutaris virtus in
remissio-

Probatur à
Scoto.

4.
In eodem
Sacrificio
invenitur
meritum,
impetratio
& satisfactio
ex opere
operantis.

5.
Istius im-
petratio &
satisfactio
independet à
bonitate
ministri.

Probatur ex
Conc. Tri-
dent.

remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur.

Ergo ex vi suæ institutionis habet singularem vim & efficaciam ad applicandum aliquem fructum passionis, & redemptionis Christi; ac proinde independentem à bonitate & devotione ministris, ut ibidem docet Concilium dicens: *Hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nullâ indignitate, aut malitiâ offerentium inquinari potest.* Inquinaretur autem si propter malitiam offerentium careret omni suo effectu, etiam impetrationis, & satisfactionis.

Igitur Sacrificium oblatum à malo ministro aliquem habet effectum, non ex opere operantis, ut clarum est; ergo ex opere operato, aut quasi, eo ferè modo, quo Sacramenta, quæ collata à ministris, etiam pessimis, nihilominus ex vi suæ institutionis infallibiliter causant gratiam in subiecto disposito.

De cætero nemo miretur, si Sacramentis comparo, quod Augustissimum Sacramentum efficit: comparo, inquam, verum cum hoc discrimine, quod Sacramentum non conferat gratiam, nisi subiecto, cui realiter applicatur, cum tamen ad effectum Sacrificii sufficiat applicatio intentionalis; & ideo dixi, *Quasi ex opere operato*, quia opus operatum propriè significat opus realiter applicatum.

Præterea differunt Sacrificium & Sacramentum in ipso effectu; nam effectus omnium Sacramentorum est gratia sanctificans, prima, vel secunda. Porro

CONCLUSIO II.

Sacrificium non causat immediatè & ex opere operato gratiam sanctificantem, neque remittit peccata venialia.

Docet Sancta Synodus Tridentina sess. 22. cap. 2. *Sacrificium Missæ verè propitiatorium esse, per ipsumq; fieri, ut, si cum vero corde, & recta fide, cum metu & reverentia contriti, ac penitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.* Ac si diceret: Sacrificium Missæ verè est propitiatorium, quoniam per ipsum accipimus dona, sive auxilia gratiæ actualia dispositiva seu disponentia ad veram penitentiam remissivam peccatorum per infusionem gratiæ sanctificantis.

Hanc esse mentem Concilii, colligo ex verbis sequentibus: *Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam & donum penitentia concedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit, utique per contritionem charitate perfectam, aut attritionem cum Sacramento: non autem pro-*

ximè & immediatè per ipsum Sacrificium. Ita communiter Doctores, quidquid pauci sine solido fundamento contradicant.

Ratio autem à priori est; quia nusquam legitur, talis effectus, scilicet immediata remissio peccatorum mortalium, promissus Sacrificio, sicuti promittitur Baptismo & Penitentia. Quin potius contrarium significat Concilium Tridentinum, quando sess. 14. c. 4. docet, quod attritio *sine Sacramento Penitentia per se ad iustificacionem perducere peccatorem nequeat*, perduceret autem si Sacrificium immediatè peccata mortalia remitteret, adeoque primam gratiam conferret.

Probatum à posteriori ex inconvenientiis, quæ sequuntur ex opposita sententia. Nam alioquin Sacerdos celebrans in peccato mortali cum sola attritione, quando deest copia Confessarii, iustificaretur: imò unico Sacrificio iustificaret omnes attritos, etiam dormientes & ignorantes, gravissimos alioquin peccatores, offerendo illud pro eorum omnium peccatis; quin de facto semper ita fieret: etiam quodcumque Sacrificium offerretur pro salute totius mundi, ut patet ex verbis oblationis Calicis.

Et sanè si hæc efficacia colligeretur, ut volunt Adversarii, ex verbis illis consecrationis: *Qui pro vobis effundetur (vel, effunditur) in remissionem peccatorum*; cum constet illa dicta fuisse à Christo in ultima Cena omnibus Apostolis: profecto hoc Sacrificium ex sua institutione non alligaretur ad causandum illum effectum in uno, vel duobus; sed extendi posset ad plures & plures, atque adeo ad omnes peccatores attritos.

Nec obstat quòd Sacrificium, ut infra dicemus, plus profit uni, quàm pluribus; quia quantumcumque minimum proderit pluribus quoad effectum remissionis peccatorum, necessariò remittet omnia peccata mortalia; quia unum, secundum legem ordinatam, non remittitur sine alio: gratis autem dicitur prodesse omnibus, quatenus est impetratorium, aut satisfactorium, secùs quatenus est propitiatorium, sive remissivum peccatorum.

Præterea peccator, qui cum sola attritione etiam cognita ut tali, curasset sibi applicari Missam, posset omnia Sacramenta suscipere, saltem exceptâ Eucharistiâ, imò omnia, nullo excepto, ministrare absque prævia contritione aut confessione.

Tertiò, pro moribundo, qui non potest confiteri: vel aliud Sacramentum suscipere, deberet statim sacrificari, ut si attritus sit, virtute Sacrificii iustificetur. Quæ omnia clarè repugnant communi sensui fidelium.

Sed numquid etiam sequeretur, quòd ad remissionem mortalium non esset necessaria confessio? Non puto. Enimverò contritio charitate perfecta est medium per se ordinatum ad re-

6. In quo differat causalitas Sacrificii à causalitate Sacramentorum.

7. Missæ Sacrificium remittit peccata mortalia.

sed mediata tantum.

ad remissionem peccatorum mortalium, nùm ideo non est necessaria confessio? Potuisset ergo Christus ordinale Sacrificium ad secundariò (nam primarius finis est cultus Dei) remittendum peccata mortalia, estò peccata sic remissa adhuc mansissent necessaria materia absolutionis.

12. Contentia aliquorum quòd Sacrificium per accidens solum justitiam conferat augmentum gratiæ, improbatur à priori & ad inconvenientiis.

Ceterùm propter inconvenientia jam explicata, aliqui docent hoc Sacrificium per accidens solum conferre primam gratiam, puta homini attrito existimanti bonâ fide se esse contritum; per se autem homini iusto conferre augmentum gratiæ justificantis.

Sed nec illa opinio aliquid plùs habet probabilitatis, & eisdem ferè rationibus improbat; à priori quidem, quia non ostenditur promissio divina; à posteriori autem ab his inconvenientiis. Nam sequeretur quòd homo dives iustus, etiam dormiens, aut de salute sua minime cogitans, eò magis justificaretur, quòd plura pro se offerri curaret Sacrificia, aut ipso nesciente offerrentur; adeoque brevi temporis spatio ad summam perfectionem gratiæ posset perungere absque ullis propriis actibus, vel susceptione alicujus Sacramenti, quam tamen perfectionem alii Sancti, imò Sanctissimi viri, non nisi multis laboribus, jejuniis, vigiliis, orationibus aliisque bonis operibus consecuti sunt, quod nullâ ratione vel auctoritate probatur.

13. Aliud inconveniens est, quòd sic in parvulo recens baptizato augetur gratia habitualis, si pro illo Sacrificium celebraretur, quòd est inauditum in Ecclesia Dei, quæ constanter docet parvulum decedentem ante usum rationis, nunquam pergere ad gloriam adulti, qui moritur cum propriis meritis, ejus tamen contrarium manifestè sequeretur ex illa sententia.

Accedit; quòd is, pro quo offertur Sacrificium, vel qui pro se curat illud offerri, etiam in ordine ad sui justificationem, non debeat esse iustus: quis enim unquam hoc requisivit, aut affirmavit? Quomodo ergo dici potest, quòd per se conferat augmentum gratiæ, & per accidens primam gratiam? Nonne suscipiens Sacramenta vivorum debet prudenter existimare se esse iustum? Nemo dubitat, alioquin impeditur primarius effectus istorum Sacramentorum; ideoque, secundùm communem sententiam, peccatur mortaliter.

14. Dices: augmentum gratiæ sanctificantis non est solus effectus Sacrificii, nec primarius; quis enim ambigit verba consecrationis principaliter efficere Corpus & Sanguinem Christi? Quis dubitat impetrare gratias prævenientes, bona etiam temporalia, & remittere poenas Purgatorii?

Præterea, nonne peccare dixeris, qui pro se curat offerri Sacrificium, estò, quia in statu peccati mortalis, optimè sciat suam incapacita-

tem recipiendi effectum satisfactionis? Non autumo. Ergo similiter nulla est obligatio in illo, qui pro se curat offerri Sacrificium, procurandi dispositionem necessariam ad effectum gratiæ sanctificantis. Aliud est de Sacramentis, quæ principaliter instituta sunt ad significandam & causandam gratiam sanctificantem primam, vel ejus augmentum.

Video sic responderi posse ad ultimum inconvenientem; sed non minùs video ex hac responsione inferri posse contra Adversarios: Ergo malè ducitis argumentum ab efficacia Sacramenti ad efficaciam Sacrificii, dicentes, Sacrificium est perfectius Sacramento; ergo sicut hoc causat immediatè & ex opere operato gratiam sanctificantem, ita & illud.

Nam datâ, non concessâ majori perfectione, adhuc negatur Consequentia: etenim Sacrificium per se primò non ordinatur ad sanctificationem hominum, sicuti Sacramentum; sed in cultum Dei & in protestationem summi Domini Dei in vitam & mortem: & hinc Sacramentis novæ Legis legimus promissam gratiam; secùs Sacrificio.

Enimverò dicta omnia tum Conciliorum, tum Sanctorum Patrum commodissimè accipiuntur de remissione peccatorum mediata, aut certè de Sacrificio prout includit ipsum Sacramentum Eucharistiæ, quod est hostia Sacrificii, & indubiè causat augmentum gratiæ habitualis, quando à Sacerdote vel aliis dignè sumitur.

Unde dixi: datâ, non concessâ majori perfectione; quoniam Sacrificium essentialiter consistit in mystica separatione Corporis & Sanguinis Christi, vel, secundùm alios, in constitutione Corporis & Sanguinis sub speciebus panis & vini per modum cibi & potus. Porò ipsum Sacramentum Eucharistiæ est quid permanens, species videlicet panis aut vini continentes realiter Corpus & Sanguinem Christi, seu ipsum Christum.

Rogas, an saltem per Sacrificium quâ tale non remittantur immediatè peccata venialia iustis, pro quibus offertur? Respondeo cum plerisque Theologis negativè; quia nullum fundamentum, imò contrarium; nam probabiliùs non dimittitur peccatum veniale, per se loquendo, & secundùm legem Dei ordinariam, sine infusione gratiæ.

Atque ut dimitteretur sine infusione gratiæ, ut multi non improbabiler docent, juxta illud Divi Augustini Ench. cap. 71. De quotidianis autem brevibus, levibusq; peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfaciunt. Ubi notant Augustinum non dicere, inforum, sed, fidelium. Ut, inquam, sic esset, unde ista virtus Sacrificio?

Ex voluntate, reponis, Christi, qui reliquit Sponsæ suæ Ecclesiæ visibile Sacrificium & incrementum, quo illis (Sacrificii cruenti) vir-

15. ex qua Auctor argumentatur contra Adversarios.

16. Dicit Concil. & PP. intelligi possunt de remissione mediata, vel de Sacrificio, quod includit Sacramentum. An Sacrificium sit perfectius Sacramento.

17. Sacrificium quâ tale non remittit venialia immediatè.

18. Obiectio ex Conc. Tridentino.

ius (inquit Tridentinum sess. 22. cap. 1.) in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur. Et sanè si oratio Dominica tantam vim habeat, si aqua benedicta, seu aspersio ejus, aliæque Sacramentalia; cur non eandem habeat Sacrificium multò perfectius?

Responsio.

Respondeo; Tridentinum loquitur generaliter de peccatis tam mortalibus quàm venialibus, ut patet ex cap. 2. ubi dicit hoc Sacrificium, vel potiùs Deum hoc Sacrificio placatum, dimittere crimina & peccata, etiam ingentia. Similiter de remissione, abstrahendo à modo mediato, vel immediato; prout etiam Divus Augustinus loco statim citato; qui proinde communiùs intelligitur de remissione, sive satisfactione mediata, mediante scilicet motu attritionis vel contritionis, quem oratio illa nata est excitare, & cui alioquin debetur illa remissio.

19.

Peccatum veniale non remittitur sine aliqua retractatione.

Certè omne peccatum, etiam veniale tantùm, est quædam à Deo aversio per liberum arbitrium, quam proinde tolli non convenit sine ejusdem arbitrii aliquali retractatione.

Unde omnes admittunt asperionem v. g. aquæ benedictæ non habere talem effectum in dormientibus, vel amentibus; sed requirunt applicationem mediante fide nostrâ, & cultu Religionis: etenim Sacramentalia ceremoniæ quædam sunt, quarum usus debet esse religiosus & humano modo. Jam autem Sacrificium applicatur etiam dormientibus & nihil minùs cogitantibus, qui proinde sine ullo proprio actu acciperent remissionem peccatorum venialium, quod est incredibile.

20.

Obiectio.

Dices; hæc ratio non probat quin accedente pio motu, est de se insufficienti, quin, inquam, remittat venialia exemplo Eucharistiæ; imò & aliorum generaliter Sacramentorum, secundùm plurimos Doctores.

Solutio.

Respondeo, sic institui potuisse Sacrificium: sed nobis non satis constat sic fuisse institutum. Sicuti etiam non satis constat sic fuisse institutam orationem Dominicam, asperionem aquæ benedictæ, & similia Sacramentalia: quamquam, & de his major sit ratio dubitandi, quoniam ab Ecclesia sunt instituta, quæ sicut non potest Sacramenta instituire, sic nec signis Sacramentalibus effectum divinitùs causandum infallibiliter annexere: porro Sacrificium à Christo est institutum, qui sicut instituit Sacramenta causativa ex opere operato gratiæ sanctificantis; ita etiam potuisset instituire Sacrificium remissivum ex opere operato peccatorum venialium, imò causativum ex opere operato gratiæ sanctificantis; sed quoniam hoc ultimum non fecit, nec primum fecisse verosimilius est.

21.

Cur omnia Sacramenta remittant

Sanè quòd omnia Sacramenta, ut aliqui volunt, remittant peccata venialia, saltè aliqua, dummodo præcesserit eorum virtualis displi-

centia, estò alioquin per se insufficienti, maxime fundatur in efficacia gratiæ sanctificantis; quamvis enim ex natura rei non sit necesse, ut collatio gratiæ adferat remissionem peccati venialis, cum gratia formaliter non opponatur peccatis venialibus; equidem contentanum est legibus amicitiae, ut quoties aliquis admittitur ad arctius vinculum amicitiae, condonentur offensæ leves, vel omnes, vel saltem aliquæ.

Hinc Tridentinum sess. 14. cap. 5. Venialia (inquit) quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, quamquam rectè & utiliter, citràq. omnem presumptionem in Confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat, taceri tamen circa culpam, multiq. alijs remissis expiari possunt, scilicet per omnia Sacramenta, si adit attritio; imò quoties per aliquod opus bonum augetur gratia; non quidem omnia, sed aliqua pro majori vel minori augmento gratiæ. De quo plura in Tract. de Penitentia, ubi de remissione peccatorum venialium.

Itaque ut progrediamur in rebus incertis, tota operatio Sacrificii quæ propitiatoriæ, videtur in hoc consistere, quòd impetret auxilia gratiæ ad veram contritionem eliciendam, per quam Deus placatur, & propitiatur peccatis nostris. Distinguitur autem hæc impetratio ab illa, quæ alia bona per Sacrificium impetrantur, quòd sit multò certior & independens à bonitate Sacerdotis proximè offertis.

Sed nunquid infallibilis? Quis consiliarius Dei fuit? Experientia non obscure indicat neutiquam omnibus concedi adjutoria efficacia, id est, quæ infallibiliter fortiantur effectum. Quot enim hodie non inveniuntur peccatores, pro quibus hoc tremendum Sacrificium offertur, qui tamen in peccatis suis moriantur? Quis non libentissimè, & planè ultroneè pro peccatoribus celebraret, si sciret omnès infallibiliter aliquando ad penitentiam convertendos? Certè favor nimius ut citra aliud fundamentum attribuat Sacrificio incremento, qui Sacrificio cruento non fuit successus.

An autem concedantur auxilia efficacia, id est, quæ infallibiliter, non quidem statim, sed tempore opportuno (juxta illud Tridentini sess. 22. cap. 2. Et gratiam inveniamus in auxilio opportuno) nisi homo ponat specialem obicem divinæ vocationi, piè aliqui affirmant, moti auctoritatibus, & præsertim Concilii Tridentini.

Sed facilè responderi potest, Concilium nullo verbo indicare penitentiam donum concedi ex certa promissione, & semper, utpote fundans doctrinam suam in natura & dignitate Sacrificii, dicens: Et quoniam in divino hoc Sacrificio, quòd in Missa peragitur, idem

ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis semetipsum cruentè obtulit; docet Sancta Synodus Sacrificium istud verè propitiatorium esse &c.

Et infra: Una enim eademq; est hostia, idem nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, solà offerendi ratione diversa. Cuius quidem oblationis, cruentæ, inquam, fructus per hanc, incruentam, uberimè percipiuntur.

Nùm ideo infallibiliter percipitur gratia efficax penitendi? Sufficit quòd sapè, vel ut plurimum. Unde uni dat, & non alteri, uni præstat majores gratias, etiam minùs disposito; alteri autem, etiam meliùs disposito, minores, ut experientia docet. Equidem valde credibile est, & consonum dignitati Sacrificii, ut Deus intuitu illius, ad hanc finem oblati, semper det aliquas, saltem remotè sufficientes.

Ex quo rectè potuit Christus suadere, imò precipere ut Sacrificia offeramus pro peccatis, & ad eundem finem (licet minùs principaliter) Sacrificium instituire tamquam medium aptissimum (estò fallibile per modum impetrationis, juxta conditionem ejusdem, & modum propitiandi Sacrificiis consuetum) ad flectendam & commovendam divinam misericordiam.

Dices; olim Sacrificia expiatoria infallibiliter conferebant suum effectum expiandi, & purgandi à maculis, eo modo, quo ex sua institutione illum habebant; ergo eadem virtus competit Sacrificio novæ legis, quod in gradu excellenti illis Sacrificiis, etiam ut propitiatoriis & expiatoriis, successit.

Respondeo; maculæ veteris legis quid aliud erant, quàm quædam externa corporis inquinamenta? Pro quibus utique expiandis sola Sacrificia constat fuisse instituta: quidni ergo immediatè & infallibiliter expiant? At verò propriè dicta peccata, animæ sordes sunt, & voluntariæ à Deo aversiones, quibus sordibus expurgandis nemo ignorat optimum remedium esse voluntariam ad Deum conversionem per veram cordis contritionem, aut attritionem, neque ex aliqua auctoritate clarè convincitur, pro illis immediatè & infallibiliter expiandis Sacrificium novæ legis esse institutum.

Interim tamen successit Sacrificiis expiatoriis veteris legis, idque in gradu excellenti; quia longè præstat expiatio animæ, etiam tantum mediata & fallibilis, expiationi corporis immediatæ & infallibili; quantum scilicet anima præstat corpori, & macula animæ pejor est maculâ corporis: præsertim cum Sacrificio novæ legis competat quoque aliquis effectus expiatorius immediatus & infallibilis, scilicet remissio peccatorum temporalium, quæ aliàs debentur in Purgatorio pro peccatis remissis, ut jam edissero.

CONCLUSIO III.

Sacrificium novæ Legis tollit immediatè & infallibiliter pœnas temporales, tam vivorum, quàm defunctorum peccatis remissis debitas.

Est constans Catholicorum doctrina, exceptâ illâ particulâ, *Infalibiliter*, cui contradicunt Sotus, Canus, & quidam alii; dum existimant hoc Sacrificium operari quidem infallibiliter remissionem pœnarum respectu vivorum, non tamen semper respectu defunctorum, sed prout Deus voluerit.

Equidem probatur Conclusio generaliter ex Concilio Tridentino sess. 22. cap. 2. ibi: *Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus; sed & pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis, ritè, juxta Apostolorum traditionem, offertur. Ubi appellat hanc doctrinam Traditionem Apostolorum; eandemque can. 3. definit clarissimis verbis, quæ hîc omitto, quia in superioribus pluries ea commemoravimus.*

Dices; in his locis Concilium nihil decernit de immediatione & infallibilitate hujus effectus; imò simul enumerat illos effectus, quos constat non esse immediatos ac infallibiles.

Respondeo; ex nudis illis verbis istam immediationem & infallibilitatem haud satis efficaciter probari, & ideo Conclusio tam generaliter expressa, non est fidei; attamen verisimilior est, attento communi consensu Scholasticorum: qui sic illa verba intelligunt, & suum intellectum colligunt ex aliis verbis ejusdem Concilii sess. 25. in Decreto de Purgatorio, quod ita incipit: *Cum Catholica Ecclesia Spiritu Sancto edocta, ex sacris litteris, & antiqua Patrum traditione, in sacris Concilijs, & novissime in hac œcumenica Synodo docuerit, Purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs, potissimum verò acceptabilis altaris Sacrificio juvari, præcipis &c.*

Ex quo confectaneum est, animas defunctorum certius juvari per hoc Sacrificium, quàm per jejunia, eleëmolyas, & alia vivorum suffragia: atqui his non solum mediatè & per modum impetrationis, sed immediatè & infallibiliter juvantur, quatenus per ea satisfactio operi correspondens animabus applicatur, sicuti satisfactioes Sanctorum, quæ sunt in Ecclesiæ thesauro, applicantur per Indulgentias; ergo multò magis juvari poterunt Sacrificio Missæ, per quod nobis & alijs applicatur fructus Passionis Christi, ut docet Tridentinum sess. 22. cap. 1. & 2. vide verba Conclusionis præcedenti.

Minor

24. Sufficit quòd ut plurimum conferatur gratiam effectum penitendi.

25. Obiectio ex sacrificiis veteribus.

26. Expiatio animæ præstat expiatio corporis.

26. Expiatio animæ præstat expiatio corporis.

27. Sacrificium tollit immediatè & infallibiliter pœnas temporales, etiam defunctorum.

Probat ex Conc. Tridentino.

28. Obiectio.

Respondeo.

Trident.

29. Animæ defunctorum certius juvantur per Sacrificium quàm per alia suffragia.

Potest infallibiliter iuvati per alia suffragia, docet Catechil. Rom.

Minor traditur tamquam indubitata à Catholicismo Romano parte. 2. cap. 5. q. 61. ibi: *Ut enim quod ad contritionem & confessionem attinet, nemo pro altero dolere, aut confiteri potest; ita qui divinam gratiam præditi sunt, alterius nomine possunt, quod Deo debetur, persolvere, quæ ve sit, ut quodam pacto alter alterius onera portare videatur. Nec verò de hoc cuiquam fidelium dubitandi locus relictus est, qui in Apostolorum Symbolo Sanctorum communionem confitemur.*

30. Quomodo magis iuvatur per Sacrificium. Trident.

Quamvis autem expressè solùm loquatur de fidelibus vivis, eadem tamen ratio militat in defunctis, cum & ipsi pertineant ad Sanctorum communionem.

Et verò ex his verbis manifestè patet, quare Tridentinum suprâ dixerit animas detentas in Purgatorio potissimum iuvari acceptabili altaris Sacrificio: siquidem qui divinam gratiam præditi sunt, alterius nomine possunt, quod Deo debetur, persolvere orando, jejunando, eleemosynas elargiendo &c. qui autem à divina gratia exciderunt, non nisi sacrificando. Hæc enim sola illa munda oblatio est, quæ nullâ indignitate aut malitiâ offerentium inquinari potest.

31. Probatur conclusio simili.

Adhuc miraris? Considera Sacrificia expiatoria veteris legis, quæ immediatè & infallibiliter tollebant immunditiam legalem, ut suprâ diximus: ergo conveniens planè fuit, ut hoc Sacrificium longè præstantius, saltem peccatam temporalem eo modo tolleret: alioquin nullum effectum infallibiliter haberet, imò nec posset habere pro defunctis. Quis enim ille esset? Remittuntur quidem venialia peccata post hanc vitam, attamen non in Purgatorio, vel per actum extra viam elicutum, sed per bona opera hujus vitæ, ut, Deo dante, ex professo probabimus in materia de Pœnitentia.

32. Ratio à priori.

Cætèrum ratio à priori Conclusionis est, voluntas Christi nobis intimata per Concilium Tridentinum, utè communiter Scholastici illud intelligunt; nec aliquis ex Sanctis Patribus contradicit, quamvis fortè nullus sit, qui expressè id doceat.

Nonne ex solo consensu Divi Augustini & Scholasticorum dicimus: Voluntas Christi est, ut Baptismus reviviscat? Porro videtur hæc esse communis apprehensio fidelium, quòd animæ in Purgatorio juventur infallibiliter per Sacrificium, independenter à conditione operantis.

33. Ratio congruentia.

Profectò hoc Sacrificium ex sua institutione habet, quòd debeat semper offerri à Christo, vel immediatè, ut in ultima Cœna, vel mediatè ministerio Sacerdotum proximè offerentium. Quis autem crediderit habere majorem virtutem, prout offertur à Sacerdote, quàm prout est à Christo? Haberet equidem, nisi prout est à Christo immediatè & infallibiliter auferret aliquam partem peccatæ; nemo enim dubitat, quin prout oblatum ab homine iusto, eandem habeat virtutem cum cæteris operibus satisfactoriis.

Cùmque de factò Christus non possit amplius satisfacere, debuit aliqua pars satisfactionis præteritæ illi Sacrificio alligari, ut non minus Christus nunc Sacrificium propitiatorium & expiatorium offerat, quàm in ultima Cœna, quando per illam oblationem verè satisfaciebat.

Quidni ergo immediatè & infallibiliter nunc quoque conferat suum effectum, sicuti tunc conferebat? Et sicuti Indulgentiæ conferunt, quibus satisfactio Christi & Sanctorum præterita nobis applicatur?

Sed contra; Indulgentiæ non prolunt infallibiliter defunctis, sed tantùm hominibus vivis: ergo similiter Sacrificium.

Respondeo gratis concessio Antecedente, quòd à plerisque Theologis negatur, adhuc disparitas est, quòd Indulgentiæ applicentur auctoritate Ecclesiæ, quæ nullam habet jurisdictionem in defunctos, ut ipsis possit applicare Indulgentias per modum abolitionis, unde applicantur per modum suffragii, ut habet communior opinio. Porro Sacrificium Missæ institutum est à Christo, pariter pro vivis, & defunctis, & habet Christus jurisdictionem, etiam in defunctos.

Dices iterum; si ideo effectus satisfactionis est infallibilis, quia competit Sacrificio, prout est à Christo, etiam effectus impetrationis erit infallibilis; quia & illud habet Sacrificium, prout est à Christo.

Respondeo negando Consequentiam; ratio differens, prima; quia Sacrificia veteris legis non habuerunt effectum infallibilem impetrationis: neque Sacrificium novæ legis habet, ejusmodi effectum, prout est ab homine. Secunda; certitudo satisfactionis nullum adfert inconveniens, sicuti adferret certitudo impetrationis: multa enim peterent homines, quæ concedi non possent.

Interim quemadmodum aliæ orationes, quibus aliquid petitur à Deo, habent infallibilem effectum, quando vestiuntur certis circumstantiis, pariter & hoc Sacrificium; tamen, quoniam illa circumstantiæ sæpè delunt, effectus ille valde sit incertus, de quo plura Conclusionem sequenti.

Pro fine autem Conclusionis præsentis Nota, effectum remissionis peccatæ non ita esse infallibilem, quin, secundum communioem sententiam, impediatur per statum peccati mortalis, id est, Sacrificium non causat remissionem peccatæ, nisi in homine iusto, argumento à simili satisfactionis Sacramentalis, quam plerique docent non prodesse homini existenti in statu peccati mortalis, contra Doctorem Subtilem 4. dist. 15. q. 1. n. 16.

Subscribo ejus verba: *Dico ergo sine præiudicio, quòd qui semel verè pœnitet, & recipit satisfactionem vel pœnitentiam condignam sibi impoſitam ab Ecclesia, clave non errante, quantumcumque postea*

An satisfactio sacramentalis requirat statum gratiae? postea recideret, nunquam tenebitur, nisi ad illam unscam satisfactionem adimplendam, Et si eam impleat in charitate (id est, in statu gratiae) melius est, quia non tantum solvit poenam, sed meretur. Sed si adimpleat eam voluntarie extra charitatem (id est, extra statum gratiae) solvit quidem poenam, sed non meretur gratiam. Si autem ipsa ab eo extra charitatem exigatur, solvitur poena, licet ipse non solvat. Et in primo est satisfactio simpliciter, quia reconcilians & placans: in secundo, est quidem satisfactio, quia voluntaria redditio &c. sed nec reconcilians, nec placans: in tertio autem est satisfactio (verius satisfactio) ultra quam non exigatur poena ulterior. Ita ille; & merito: quia necessitas status gratiae ad effectum illum secundarium ex opere operato facilius asseritur, quam efficaciter probetur, ut patebit ex dicendis proprio loco.

37. Dispositio assignatur inter Sacrificium & Penitentiam sacramentalem. Si inferas: ergo peccator, pro quo offertur Sacrificium, obtinebit remissionem poenae: adhuc negari posset Consequentia; & datur disparitas, quod per Sacramentum Penitentiae, cum jam homo esset in statu gratiae, saltem in fieri, per Absolutionem, inquam, sacramentalem poena Purgatorii fuerit commutata in Satisfactionem sacramentalem, quam proinde postea implendo, etiam extra charitatem, solvit quod debet, nullam interveniente novam gratiam, quae sit facienda peccatori: at verò in Sacrificio fieret à Deo magna gratia de novo peccatori, acceptando illud ad effectum remissionis poenarum; quae tamen gratia peccator indigens est, ut alii communiter urgent.

38. Sacrificium non reviviscit obice soluto. Rogas autem; an saltem non reviviscat illud Sacrificium sublato obice? Respondeo non reviviscere. Et certè (inquit Averfa q. 9. sect. 10. §. Item quando homo) per se absurdum apparet dicere existente adhuc culpa, veluti anticipatâ solutione remitti poenam, pro quando delebitur culpa.

39. Vera probatio. Sed contrà; de facto id contingit, quando suscipitur Baptismus in statu peccati mortalis non retractati; per talem quippe Baptismum baptizatus accipit non tantum jus remissionis culpae, positâ debitâ retractatione, sed etiam remissionis poenae, quae aliàs in Purgatorio pro tali culpa, remissa per solam contritionem, deberetur.

Quae est ergo ratio communis sententiae? Quia non constat de voluntate Christi, à qua sola pendet illa reviviscencia. Et sanè si Sacramentum Eucharistiae non confert suum effectum sublato obice, neque probabilis alia Sacramenta, praeter Baptismum, ut docuimus disputatione primâ sect. 6. conclus. 4. quo fundamento id affirmabimus de Sacrificio Missae? Profus nullo; praesertim cum alium habeat effectum praeter remissionem poenarum, ad quem non requiritur status gratiae in illo, pro quo Sacrificium offertur, videlicet

effectum impetrationis tam bonorum temporalium, quam spiritualium. Enimverò

CONCLUSIO IV.

Valet Sacrificium Missae non tantum ad impetranda bona spiritualia, v. g. Castitatem, aliasque virtutes, & avertenda mala opposita, ut peccata, tentationes, & infestationes Dæmonum &c. sed etiam ad temporalia beneficia spiritualibus subservientia obrinenda, v. g. sanitatem, aëris clementiam, frigus &c. & incommoda opposita avertenda, ut infirmitatem, sterilitatem &c.

Liquet profectò hæc Conclusio ex quotidiano usu Ecclesiae, & nimis apertè eam docet Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 2. & can. 3. peccatis utique, poenis, & satisfactionibus adjungens alias necessitates, pro quibus offerri debere hoc Sacrificium nullatenus dubitandum censet; Anathema, inquit, sit qui contrarium dixerit. Quidni sit? Siquidem negat traditionem Apostolorum. Verba Tridentini in superioribus sæpius exscripsi. Videantur, & maturè expendantur. Quamquam enim expressè non meminerint necessitatum temporalium, equidem ubi jus non distinguit, nec nos distinguere debemus sine urgenti ratione.

Et quænam hic amabo urgens ratio? Nonne per orationem impetramus tum beneficia spiritualia, tum corporalia? Et verò quod præstantius orationis genus, quàm Sacrificium? Christus Dominus est principalis offerens, est res oblata; quis ergo adhuc dubitet? Ipse est, qui secundum Apostolum Heb. 9. v. 25. Salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis.

Audiamus Divum Augustinum lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. Perexit, inquit, unus, obtulit ibi Sacrificium Corporis Christi, orans quantum potuit, ut cessaret illa vexatio domus: Deo proptinus miserante cessavit.

Ex quo consequens est, tamen si requiratur intentio Sacerdotis tale vel tale quid impetrandi à Deo; quia tamen Sacerdos non orat in propria dumtaxat persona, sed in persona quoque Christi & Ecclesiae, sequitur, inquam, quòd effectus ille possit obtineri sine meritis Sacerdotis. Qui etiam in tantum poterit dici effectus ex opere operato, quamvis

K k k non

40. Probatio ex Concilio Tridentino usu Ecclesiae & Concilio Tridentino

41. Ratio contra gratiam

Probatur ex auctoritate D. Augustini

42. Requiritur intentio Sacerdotis

non meritis

non omnino perfectè; quia nihil determinatè obtinetur infallibiliter, ut docet experientia. Imò multa obtineri absolute non possunt, ut si duo sacrificent petentes opposita.

Layman.

Non habemus, inquit Layman lib. 5. Tract. 5. cap. 1. n. 8. de ea re promissionem Dei absolutam, sed tantùm conditionatam, si nobis quod rectè petimus, secundùm divinæ providentiæ rationem (cui voluntatem & intentionem suam Christus subordinavit) dari expediat. Credibile tamen est (addit idem Auctor) nunquam petitionem, præsertim eam, quæ Sacrificio adiungitur, omni fructu carere; quia etsi non impetratur quod petitur, aliud tamen confertur, quod utilius ac melius esse Deus iudicat.

43. Plurimum conducit sanctitas & devotio ministri.

Probatum à simili.

& docetur ab Alex. Papa Epist. 2.

Cæterùm haud dubium, quin ad impetrandum quod petitur, plurimum conducat sanctitas & devotio ministri sive Sacerdotis: tametsi enim dignitas principalis offerentis, & rei oblatæ sit sufficientissima ad quodlibet impetrandum, equidem impetrandi efficacia etiam proportionatur devotio ipsius ministri: quem admodum in humanis etsi gratus sit, qui postulat, & gratum sit munus, quod offert, facilius tamen & melius impetrat, quando Legatus ejus nomine postulans, similiter est charus & gratus.

Quam veritatem graphicè exprimit Alexander Papa Epistolâ 2. (& refertur 1. q. 1. c. 91.) dicens: *Ipsi Sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia suis precibus, & orationibus ea delent, acque consumunt: qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur.*

44. Juvat itidem devotio assistentium, & specialiter offerentium, uti etiam communis devotio Ecclesiæ militantis.

Similiter ad impetranda beneficia per Sacrificium juvat devotio assistentium, & aliorum specialiter offerentium, sicut & communis devotio Ecclesiæ; idque probabiliter eò magis, quòd plures & majores Sancti in ea fuerint. Nam quòd dignior est communitas, aut ille, in cujus persona quis ut minister offert & deprecatur, tantò magis acceptus est minister ipse, ut impetret. Sicut etiam facilius impetrat, quòd sanctior, & consequenter gratior est persona, pro qua, & in cujus bonum petit.

Secus triumphantis.

Sed cum acceptetur sacrificium ratione voluntatis generalis Ecclesiæ, numquid simul Ecclesiæ triumphantis & militantis? Interrogat Doctor Subtilis Quodl. 20. n. 24. & respondet: Non videtur: immo istud sacrificium est proprium Ecclesiæ militantis; sicut & Sacramentum, in quo est sacrificium.

45. Obiectio ex Scoto.

Contra: si est solius Ecclesiæ militantis: ergo si nullus viator esset in gratia, virtus sacrificij esset nulla. Et si unus solus esset in gratia, æquaretur merito personali illius. Qualiter etiam modo ad meritum istud concurrat motus illius, qui nihil cogitat de oblatione, cuiusmodi est alius à celebrante, nec assistens sibi. Ita sibi objicit Scoto, nec respondet.

Respondetur.

Ego autem Respondeo ad primum, quòd numquam erit Ecclesiæ militans sine aliquo,

qui sit in gratia, Deo ita disponente, ut adimpleatur illud dictum Christi Luc. 22. v. 32. *Ego autem rogarè pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos in fide, quæ per dilectionem operatur.*

Atque ut nullus esset: nùm ideo virtus Sacrificij esset nulla? Nequaquam. Etenim semper offertur Sacrificium in persona Christi, quæ non potest non esse grata Deo. Et forè (inquit Suarius disp. 79. sect. 2. concl. 1. in fine) ideo Christus voluit in persona sua semper offerri, quia voluit ut semper haberet valorem ad impetrandum apud Deum, & eandem fortasse causam etiam voluit, ut fieret per maculationem mysticam & representationem Passionis suæ, ut inde etiam haberet specialem vim impetrandi; quoniam ex Christi Passione omnes gratiæ in nos proveniunt, utpote opus Deo gratissimum & acceptissimum.

Unde Scotus supra n. 23. in fine: *Certum est quòd Missa non æquivalat passioni Christi, sed specialiter valeat, pro quanto ibi est specialis commemoratio oblationis, quam Christus obtulit in Cruce, iuxta illud Luc. 22. & 1. Cor. 11. Hoc facite in meam commemorationem: quia si Missa tam representando illam oblationem in Cruce, quam per eam obsecrando, ut scilicet per eam Deus acceptet sacrificium Ecclesiæ. Observatio autem communiter fit per aliquid magis acceptum ei qui rogat, quam sit sibi supplicatio offerentis.*

Paret in exemplis communiter: si enim supplico, ut per salutem, vel pro salute anime Patris mei mihi faciat, suppono tibi magis acceptam esse salutem eius, quam supplicationem meam: unde propter illam acceptam, vel supplicationem meam acceptari, & propter quòd unumquodque, illud & magis.

Quòd autem additur in objectione secundo & tertio loco de merito, facilem habet solutionem, hoc solo prænotato, voluntatem illam generalem Ecclesiæ ratione cujus existimat ibi Scoto Sacrificium à Deo acceptari, non esse meritum propriè dictum. Nam, ut cætera taceam, una ex conditionibus meriti est libertas actualis: jam autem quantumcumque liberum fuerit Ecclesiæ, hunc vel illum hominem constituere Sacerdotem, & quasi Legatum destinare ad Deum, ut preces nomine suo offerat, equidem quòd semel factum est, infectum fieri nequit, & non est amplius in potestate Ecclesiæ facere, ut Sacerdos potestate à Deo accepta in sua ordinatione non verè offerat hoc Sacrificium. Ut autem efficere possit, quòd ego non offerrem Sacrificium nomine suo, quid tum?

Ergo, inquit, quocumque offers nomine Ecclesiæ, ipsa propriè per istud Sacrificium meretur, estò alioquin sacrilegè offeras, sicut, inquit Lugo disp. 19. n. 125. si Dominus per famulum iniquum eleëmofynam daret ad impe-

impetrandum aliquid, tunc licet famulus peccaret ex iniqua intentione exequendo iussa Domini, ipse tamen Dominus impetraret, non ex opere operato, sed operantis.

48. *Sententia affirmans impugnat. Viquez.*
 Responderet aliquis Negando Consequenti-
 am. Siquidem, ut notat Valquez disp. 229.
 n. 8. cum quis iussit, ut famulus suus eleemo-
 synam daret, tamdiu opus exterius famuli est
 meritum ipsius, quamdiu sub ejus manet po-
 testate: sicut e contrario, si quis iussit ut fa-
 mulus suus occideret aliquem, tamdiu ei im-
 putatur peccatum famuli, ut eo actu dicatur
 peccare, quamdiu manet sub potestate ipsius;
 quando vero jam non potest ipsum ab incepto
 revocare, jam amplius ei actus non imputatur
 ad culpam, & justificari potest perseverante
 adhuc in famulo peccato homicidii. Atque hac
 ratione, inquit Dicastillo disp. 3. n. 60. cor-
 ruit exemplum, quo utitur Lugo.

Impugna-
tio rejicitur.
 Contra; Eminentissimus supponit Domi-
 num posse auferre famulo potestatem dandi
 eleemosynam suo nomine, sicut Ecclesia po-
 test auferre Sacerdoti potestatem offerendi suo
 nomine. Siquidem n. 126. sic ait: Hinc fit
 primò Sacerdotem excommunicatum & præ-
 cipiunt, cui Ecclesia auferat potestatem offeren-
 di ejus nomine, non posse nomine Ecclesie
 impetrare, quia Ecclesia non vult per illum
 ministrum offerre, vel orare. Secundò fit
 valorem hunc crescere, vel decrescere posse
 pro majori vel minori sanctitate ipsius Ec-
 clesie.

49. *Objeccio. Responsio.*
 Si autem objicias; Ecclesia est collectio fi-
 delium, qui quotidie moriuntur, & nascun-
 tur. Respondet, Sacerdotem semper orare
 nomine Ecclesie præsentis, non nomine Ec-
 clesie præteritæ, quæ jam non est in statu
 offerendi Sacrificium: hi autem fideles, qui
 nunc sunt, habent voluntatem sufficien-
 tem orandi & offerendi per hunc Sacerdo-
 tem.

Nam sicut fideles qui nunc sunt, dicuntur
 omnes designare hunc Sacerdotem, qui mo-
 dò consecratur, ut pro ipsis oret & offerat, li-
 cèt eum non viderint; quatenus scilicet vo-
 lunt esse membra Ecclesie, & subdi Prælati,
 ratumque habere quod ipsi totius communi-
 tatis nomine decreverint, sic etiam fideles, qui
 postea adveniunt, per eandem voluntatem,
 quæ volunt esse Ecclesie membra, & vivere
 ejus legibus, volunt etiam implicitè ratum
 habere quicquid ab Ecclesie Prælati om-
 nium fidelium nomine ad communem utili-
 tatem factum est, & per consequens ratam ha-
 bent designationem oratorum & ministrorum
 factam ad communem omnium causam apud
 Deum procurandam. Potest ergo Deus ac-
 ceptare has preces, tamquam preces singulo-
 rum fidelium, qui nunc sunt, & eas per
 suum Oratorem Deo offerunt. Hucusque
 Eminentissimus.

Ecce qualiter ad meritum, seu impetratio-
 nem Ecclesie concurrat motus illius, qui ni-
 hil cogitat de oblatione: quod ultimo quæ-
 rebatur in objectione Scoti.

50.
 Ad impe-
 trationem
 Ecclesie
 concurrat
 ille qui nil
 de offeren-
 do cogitat.

Ad secundum autem responderi posset: si
 agitur de merito condigno, planè æquare-
 tur virtus Sacrificii quantum est ex parte Ec-
 clesie, cujus nomine offertur, merito per-
 sonali illius, qui esset in gratia: verum quia
 etiam orationes peccatorum quandoque à Deo
 exaudiuntur, eorum quoque meritis, estò
 congruis tantum, virtus Sacrificii augere-
 tur.

Utrumque ergo sit de mente Scoti (quæ
 non adeò clara est) haud equidem mihi per-
 suadeo Ecclesiam propriè mereri quodcum-
 que offertur hoc Sacrificium, vel tantum de-
 fectu libertatis. Etenim Ecclesia non potest
 sine justa causa inspicere Sacerdotem à sacri-
 ficando, etiam suo nomine; ac proinde ille per
 se operatur, & Ecclesia per illum Sacerdo-
 tem offerentem non meretur personaliter per
 se loquendo; quamquam alioquin ratione di-
 gnitatis Sacerdotalis, quæ Sacerdos in Ecce-
 lesia constitutus est, ut tamquam minister pro
 ipsa oret, & Sacrificium offerat, ejus ora-
 tio & Sacrificium speciale habeat vim impe-
 trandi respectu totius Ecclesie.

51.
 Ecclesia
 propriè non
 meretur per
 Sacrificium.

Breviter, ipse Sacerdos personaliter meretur
 seu impetrat non solum quatenus perso-
 na privata & Deo grata est, sed etiam quate-
 nus est persona publica, id est, quatenus ta-
 lem in Ecclesia gradum ex divina institutione
 assignatum habet.

sed Sacerdos
 personaliter
 meretur et-
 iam ut perso-
 na publi-
 ca.

Nec fortè plus voluit Lugo, qui n. 122.
 in terminis negat Ecclesiam propriè mereri,
 quando hoc Sacrificium offertur; quia, in-
 quit, licèt voluntas, quæ Sacerdotem desi-
 gnavit, ut ejus nomine offerret, fuerit ho-
 nestæ & meritoria, nunc tamen illa vo-
 luntas non existit nisi habitualiter: nemo au-
 tem potest actu mereri, nisi quando actu ope-
 rat. Credo neque Doctorem nostrum aliud
 quidpiam voluisse, quamvis usus fuerit no-
 mine meriti.

52.
 Nemo actu
 meretur,
 nisi qui actu
 operatur.
 Lugo.

Sed relinquamus quæstiones de nomine.
 De re autem quæro, an consecutio fructus
 Sacrificii dependeat ab applicatione Sacerdo-
 tis. Respondeo:

CONCLUSIO V.

Ad consequendum specialem, seu medium fructum Sacrificii, requiritur applicatio Sacerdotis.

53. **T**heologi passim cum Doctore Subtili Quodl. 20. num. 3. triplicem distinguunt portionem effectus Missæ, nempe generalissimam, specialissimam, & mediam sive specialem. Potest, inquit Scotus, meritum, vel specialiter oratio, in triplici gradu intelligi valere alicui, sive pro aliquo. Vno modo specialissimè, & sic semper valet oranti, quando est in gratia; ipse enim habet motum animi bonum, & elicit opus bonum. Iste motus, & illud opus non sic sunt alterius, pro quo orat, sicut orantis: nec potest iste, ordinatâ voluntate, sic illud alteri dare, quod non sit suum meritum; quia magis tenetur ex charitate diligere seipsum, quam alium: immo forte non posset dare alteri sic, quin istud esset peccatum. Alio modo generalissimè, & sic valet toti Ecclesie: nec enim debet orans aliquem de Ecclesia excludere; sed ex intentione habituali omnes includere. Tertio modo, scilicet modo medio, valet illi, cui per orantem specialiter applicatur.

Probatur: Non enim valet ei specialissimè; patet ex primo membro. Sed nec precisè valet sibi generalissimè, sicut cuiusque: tunc enim frustra in Ecclesia essent speciales orationes assignatæ, alia pro vivis, alia autem pro mortuis: & iterum pro vivis aliis, & aliis, puta, benefactoribus, amicis & aliis: ut patet in orationibus in Missali Romano pro diversis assignatis personis, & statibus, & congregationibus. Frustra, inquam, essent ista specialiter assignatæ: quia non plus valerent illis, quam generaliter cuiusque in Ecclesia. Hactenus Scotus.

54. Docet præterea in eadem questione n. 13. Sacerdotem posse applicare virtutem Sacrificii his, vel illis, & probat ex duobus locis Divi Augustini. Ecce ipsissima verba Doctoris Subtilis: Dico quod in potestate Sacerdotis celebrantis est aliquo modo (scilicet speciali) applicare virtutem Sacrificii. Quod probatur duplici auctoritate Augustini in Enchir. 89. vel 77. (aliàs 109.) Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, eum pro illis Sacrificium Mediatoris offertur: Ergo offerens potest applicare illis Sacrificium, & illa per hoc poterunt relevari.

Idem in sermone de Cathedra Sancti Petri: Ostendam, inquit, quâ ratione animas defunctorum juvari possunt: adhibeant pro eis Sanctorum preces & Sacerdotali eos prosecutione Domino commendent. Iuvantur ergo anime per hoc, quod Sacerdos pro eis applicat virtutem Sacrificii.

Addit congruentiam n. 14. Quia ubi in domo aliqua aliquid bonum est distribuendum diversis secundum eorum exigentiam, vel indigentiam, rationabile est, quod Dominus domus non immediate singulis distribuatur, sed talis distributio alicui, vel aliquibus certis Ministris in domo committatur. Ita videtur regulariter in familiis ordinatis: æquè ergo, vel magis debet esse in domo Dei, qua est Ecclesia, quod bonum ibi virtute Sacrificii communicandum, non solum Deus distribuatur, sed aliquis Minister in Ecclesia: nulli autem magis convenire potest in Ecclesia, quam Sacerdoti Sacrificium offerenti, cui sic ut convenit determinare intentionem suam, pro quo specialiter offerat; sic convenit sibi dispensatorie, vel dispositivè determinare, cui virtute Sacrificii bonum, quod impetratur, reddatur.

Si obijcias: quia instrumentum non habet virtutem applicandi actionem, vel effectum actionis; agentis enim principalis est applicare virtutem & actionem: nunc autem Sacerdos quantum ad virtutem Sacrificii, est merè instrumentum, quia organum inanimatum. Licet enim sit organum vivum quantum ad meritum personale in celebrando; quia sic mereri est ejus, in quantum in se vivit vitâ gratiæ, tamen quantum ad illud bonum, quod debetur virtute Sacrificii, est organum præcisè ratione Ordinis, & æquè provenit effectus ille virtute Sacrificii, etiamsi minister in se non vivat vitâ gratiæ: ergo &c.

Ad hanc, inquam, objectionem Respondet Doctor Subtilis: Quod licet bonum, quod impetratur virtute Sacrificii, non impetretur virtute meriti personalis Sacerdotis; sed virtute meriti Ecclesie, in cuius persona fit oblatio, & ob cuius gratiam oblatio acceptatur: & ideo quoad hoc, scilicet tale bonum sic impetrandum, Sacerdos, licet sit merè organum, tamen ratione Ordinis habet gradum notabilem in Ecclesia, propter quem sibi convenit offerre, vel oblationis virtutem determinare, & in hoc non est precisè organum, sed minister & dispensator.

Si rursus dixeris: Bonum quod non debetur illi, non habet iste jus alii assignandi vel applicandi: sed bonum quod debetur virtute Sacrificii, non debetur Sacerdoti in quantum celebrans; sed tantum ipse est nuntius offerens petitionem Ecclesie, & bonum, quod virtute Sacrificii debetur, non sibi debetur; quia eadem esset virtus Sacrificii, si ipse esset in mortali peccato: ergo &c.

Respondet Scotus: Quod si bonum reddendum virtute Sacrificii non debeatur Sacerdoti pro se; debetur tamen Ecclesie secundum eius distributionem: quia ipse ex Ordine suo est nuntius Sponsæ ad Sponsum, offerens petitiones specialiter pro determinatis personis, & ita dispensatorie vel dispositivè determinans eis illud, quod pro talibus petitionibus reddetur.

Hæc libuit præfari de mente Doctoris nostri, ut tantò faciliùs singulas Conclusionis partes enuclearemus. Et quidem ratio à priori notius

62. An assistentes Sacrificio accipiunt inde aliquem fructum ex opere operato ?

63. Quis sit illud fructus ?

64. Obiectio Valquezii, quod Sacerdos non possit dividere fructum Sacramenti.

Solutio, quod in Sacramentis non requiritur.

60. Confirmatur ex forma Sacerdotii, quæ talis est: Accipe potestatem offerendi Sacrificium Deo, Missasq; celebrandi, tam pro vivis, quam pro defunctis. Ergo præter potestatem sacrificandi, habet potestatem Missas celebrandi, id est, applicandi earum fructum sive pro vivis, sive pro defunctis.

61. Nam quod attinet ad specialissimum, ille sic reservatur Sacerdoti celebranti, ut fortè alteri applicari non possit, non solum licitè, sed nec validè; simili modo, quo effectus satisfactionis sacramentalis, aut remissio pœnæ per Baptismum non potest alteri validè applicari.

Obiectio solvitur.

totius Conclusionis non potest esse alia, quam voluntas Christi, qui substantiam Sacrificii instituit, & per consequens modum, quo posset hominibus prodesse; sicuti instituit substantiam Sacramentorum, & modum quo possent causare, sive conferre hominibus suum effectum.

Constat autem Sacramenta sic instituisse, ut non profint hominibus, nisi illis, quibus per specialem ministrum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, realiter applicentur. Quidni ergo bene dixerò simili modo Christum instituisse Sacrificium (cujus hostia est verum Sacramentum) ut non profint hominibus, nisi illis, quibus fuerit applicatum ?

Et verò cui commodius potuit ejusmodi applicatio committi, quam Sacerdoti ? Ipse siquidem solus est, qui propriissimè offert Sacrificium, & hoc in persona Christi, cujus merita per Sacrificium nobis applicantur. Ergo multùm conveniens erat, ut etiam illi soli committeretur specialis applicatio fructus Sacrificii.

Porrò sic factum fuisse, videtur colligi ex illis verbis Apostoli 1. Cor. 4. v. 1. Sic nos existimæ homo ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. Dubitas Sacrificium esse mysterium Dei ? Immo Mysterium est omnium mysteriorum.

Confirmatur ex forma Sacerdotii, quæ talis est: Accipe potestatem offerendi Sacrificium Deo, Missasq; celebrandi, tam pro vivis, quam pro defunctis. Ergo præter potestatem sacrificandi, habet potestatem Missas celebrandi, id est, applicandi earum fructum sive pro vivis, sive pro defunctis.

Atque hic est sensus totius Ecclesiæ omniumque Christi fidelium, qui ideo specialiter præbent stipendium Sacerdotibus, ut ipsis in particulari Sacrificia applicent: quod & Sacerdotes quotidie præbent. Non est ergo relictus locus dubitandi de hac veritate, si loquamur de fructu speciali, sive medio.

Nam quod attinet ad specialissimum, ille sic reservatur Sacerdoti celebranti, ut fortè alteri applicari non possit, non solum licitè, sed nec validè; simili modo, quo effectus satisfactionis sacramentalis, aut remissio pœnæ per Baptismum non potest alteri validè applicari.

Nec obstat, quòd effectus propriæ satisfactionis sit applicabilis; est enim effectus ex opere operantis, hæc autem agimus de effectu ex opere operato aut quasi. Cùm autem Sacrificium institutum sit, ut pro aliis, præter Sacerdotem, offeratur, necessarium fuit, ut aliquis saltem effectus ipsis posset applicari, licet non omnis. Utrumque sit de hac re, in ordinaria Missæ applicatione non censetur hæc portio alteri applicari, sed ipsi Sacerdoti reservari.

Similiter multi probabiliter docent, fideles assistentes Sacrificio; ministrantes, similivè modo improprie offerentes, participare inde aliquem fructum infallibilem ex opere operato, eò ampliore, quòd meliùs & perfectiùs ad illud concurrunt: quem proinde nec Sacerdos, ut patet, nec fortè ipsimet aliis poterunt applicare. Quamquam de his minùs commune sit apud Doctores, quàm de Sacerdote ipso, eò quòd, etsi Christus sic potuisset instituire, non tamen satis constet de facto sic instituisse; præsertim cùm illi non sint proprie offerentes.

Piè saltè credendum, ratione Sacrificii Sacerdotis, cui junguntur, & quod suo modo offerunt; preces ipsorum majorem inde accipere efficaciam; sicut videmus comites alicujus Legati; illius intuitu faciliùs aliquid obtinere.

Præterea specialiter inter cæteros sunt participes fructus generalissimi, quatenus non tantùm offertur pro Ecclesia, pro omnibus Christi fidelibus vivis juxta ac defunctis, sed etiam signanter pro circumstantibus, & cum Sacerdote offerentibus; ut patet ex Canone Missæ ibi: Et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est & nota devotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis &c.

Quæris, quis sit ille fructus generalissimus? Respondeo, effectus impetrationis, fallibilis quidem, sed tamen independens à bonitate ministris, & ita quasi ex opere operato.

Nam quòd singulis omnino Ecclesiæ membris ex singulis Sacrificiis obveniat fructus aliquis infallibilis remissionis pœnarum, videtur aliquibus incredibile; tum, quia sic fructus ille excreveret in immensum; tum, quia sic facillimè omnes animæ liberarentur à pœnis Purgatorii propter frequentiam Sacrificiorum, quæ quotidie offeruntur: tum, quia alioquin si Sacerdos totum fructum, etiam omnibus Ecclesiæ membris obvenientem, sive licitè sive illicitè applicaret uni, is obtineret remissionem immensæ pœnæ.

Dices: Sacerdos non tantùm orat; sed etiam offert Sacrificium pro tota Ecclesia. Imprimis (inquit) qua tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta &c. non est autem in illius potestate, ut unum fructum Sacrificii ab alio separet, ut unum sine alio applicet ei, qui utriusque capax est, sicut etiam neque in potestate ministris situm est, ut unum fructum Sacramenti sine alio applicet; intentio enim ministris ad hoc tantùm deservit, ut huic, aut alteri, Sacramentum, aut Sacrificium applicetur, omnis autem operatio & fructus utriusque, facta illa applicatione, statim consequitur. Ita Valquez disp. 231. n. 36.

Respondeo, immo de facto offertur pro aliquo, cui tantùm applicatur media pars effectus Sacrificii, ut quando applicatur duobus ex æquo:

62. An assistentes Sacrificio accipiunt inde aliquem fructum ex opere operato ?

63. Quis sit illud fructus ?

64. Obiectio Valquezii, quod Sacerdos non possit dividere fructum Sacramenti.

Solutio, quod in Sacramentis non requiritur.

zitur specia-
lis applica-
tio veluti
in Sacrifi-
cio.

æquo : ergo similiter uni poterit Sacerdos applicare fructum solius impetrationis, alteri autem satisfactionis. Aliud est in Sacramentis, ubi non requiritur specialis applicatio effectus, sed sola voluntas conferendi Sacramentum, quod applicatum naturaliter causat omnem suum effectum pro dispositione subjecti : in Sacrificio autem ultra intentionem offerendi, exigitur intentio applicandi fructum alicui in particulari.

Sicuti ergo Sacrificium indifferens est, ut in hoc vel illo operetur, ut operetur totum effectum satisfactionis, vel partem dumtaxat; pari ratione erit indifferens, ut operetur effectum impetrationis vel satisfactionis. Nec constat Ecclesiam plus velle, quam ut applicetur fructus impetrationis omnibus : sic enim pro omnibus verè sacrificatur.

65.
Vult Eccle-
sia fructum
impetratio-
nis omni-
bus appli-
cari.

Can. Missæ.

Peccat mortaliter
qui non appli-
catur.

66.
An factum
teneat?

Affirmat
Lugo, &
probat à
simili.

Alia pro-
batio.

67.
Sententia
Auctoris.

Cæterum, Ecclesiam velle, ut omnibus applicetur fructus, saltem impetrationis, ab omnibus admittitur, & satis patet ex Canone Missæ ibi : *Et omnibus Orthodoxis, atque Catholicæ & Apostolicæ fidei cultoribus. Ipsis Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis & pacis ut indulgeas deprecamur.*

Unde docent communiter Theologi, peccatum ex genere mortaliter contra charitatem, qui aliquem à communi illa oblatione excluderet, quoniam excluderet ipsum à beneficiis communibus contra mentem Ecclesiæ, intendentis pro omnibus intercedere.

Interim si malitiosè fieret, nunquid factum teneret? Affirmat Lugo disp. 19. nu. 224. quia licet Legatus utatur verbis Regis apud Pontificem, si tamen non habeat animum significandi per verba, quod ipsa sonant, & hoc notum sit Pontifici, certè non petit totum id, quod verba sonant, nomine Regis : nam petere nomine Regis, non fit nisi per verba, quibus velit significare Regis voluntatem. Si ergo non vult significare totum, quod verba sonant, sed aliquid aliud, non petit totum illud nomine Regis.

Adde Ecclesiam non offerre immediatè hoc Sacrificium, sed per Sacerdotem, qui immediatè offert. Si ergo Sacerdos non vult offerre immediatè pro tali persona, non potest Ecclesia mediatè pro illa offerre; quia causa mediata non causat mediatè, quod causa immediata non causat immediatè. Si ergo Sacerdos habet voluntatem positivam excludendi aliquem à fructu Sacrificii, seu non offerendi pro illo, quæ voluntas sit magis efficax, quam illa alia implicita, quam habet offerendi juxta Ecclesiæ intentionem, & proferendi verba omnia cum intentione, quam Ecclesia habet in illis verbis, valida erit illa exclusio, licet sit illicita, & contra debitum charitatis & obedientiæ. Hucusque Cardinalis.

Sed si conjecturà uti liceat in hac materia, in qua video quot capita, tot sententias : malo

dicere fructum generalissimum non subesse dispositioni Sacerdotis, sed sicuti infallibiliter ipsi Sacerdoti provenit specialissimus fructus etiam satisfactionis, independenter ab alia intentione, quàm sacrificandi; ita quoque omnibus fidelibus ex quolibet Sacrificio, independenter ab alia intentione, quàm sacrificandi, provenire fructum generalissimum, fortè etiam satisfactionis, quamvis minimæ, & que nequeat aliis applicari, sive per ipsum Sacerdotem, sive per ipsos fideles, quibus à Deo determinatè & infallibiliter conceditur.

Enimverò si Legatus utatur verbis Regis apud Pontificem, eodè non habeat animum significandi per verba, quod ipsa sonant, & hoc notum sit Pontifici; arbitror, quia Pontifex concedet Regi, quod verba ex se significant : non enim considerat verba illa, ut à tali privato homine proferuntur, sed ut proferuntur nomine Regis, & eatenus habent illam significationem, quam Rex intendit.

Unde ad illud, quod addebatur apud Lugonem, Respondeo : eo ipso quo aliquis ab Episcopo ordinatur Sacerdos, jam constituitur Legatus Ecclesiæ, ut nomine ipsius offerat dona & Sacrificia pro peccatis, juxta illud Apostoli Heb. 5. v. 1. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in eis, qui sunt ad Deum, ut offerat dona & Sacrificia pro peccatis.* Adeoque non est in potestate ipsius velle offerre Sacrificium, & non nomine Ecclesiæ, sive tanquam Legatus Ecclesiæ; quamquam Ecclesia possit facere per excommunicationem, degradationem &c. ut licet ipse velit, minimè tamen offerat nomine Ecclesiæ.

Sicuti si quispiam se obligasset Principi ad fungendum legatione pro ipso, quotiescumque placuisset, in potestate Principis est uti ipsius operà, vel non uti; & si utitur, non pendet à particulari intentione illius hominis, ut nomine Principis loquatur, vel non loquatur, dummodò exterius legatione fungatur.

Quid si dixerò, hanc fuisse mentem Doctoris Subtilis? Sic enim scribit n. 16. *Cum oratio possit alicui tripliciter applicari, scilicet specialissime, generalissime, & modo medio inter ista, scilicet specialiter, licet non specialissime. Prima applicatio determinata est, quia semper fit ipsi oranti. Secunda etiam determinata est, quia semper fit toti Ecclesiæ, & has duas determinationes facit regula charitatis, quæ debet esse potissime ad seipsum, & generaliter ad omnem proximum. Et licet ibi expressè non dicat applicationem aliter factam esse invalidam, equidem sic eum possumus intelligere, ut patet Conclusionem sequenti.*

Sed dicet aliquis; si fructus generalissimus non dependèret ab intentione particulari Sacerdotis, ut quid tam graviter peccaret, sive contra charitatem, sive contra obedientiam, qui aliquem ab illo fructu excluderet; etenim propter illam exclusionem, exclusus non ca-

Sect. 4. De Effectu & Valore Sacrificii. Concl. 6. 447

reret fructu sibi à Deo intuitu voluntatis Ecclesie universalis determinato?

Responsio.

Respondeo; quia quantum est in se, vellet proximum illo communi beneficio privare. Oidium proximi, nonne mortaliter opponitur charitati? Planè. Quin imò inter omnia peccata, quæ contra proximum committuntur, censetur gravissimum. Sed cur hoc? An fortè, quia gravissimum infert proximo nocumentum? Patet quòd non, quoniam potest in ipsa voluntate consummari sine ordine ad actum aliquem exteriorem.

Assignatur ratio.

Quare ergo? Quia per illud aliquis vult proximo quantum est in se gravissima mala, idque ex pessima intentione, scilicet quatenus illi mala sunt, estò optimè sciat se illa mala non posse proximo inferre.

Revertor ad fructum medium & inquirò, utrum valeat applicatio fructus medii facta contra mandatum Superioris. Responsio erit

CONCLUSIO VI.

Valeret applicatio Sacrificii quoad fructum medium estò fieret contra mandatum Superioris; aut aliunde illicitè contra Justitiam, Votum, Charitatem &c.

71.

An illicita applicatio fructus medii sit valida?

ITa Doctores communiter, tametsi Scotus videatur mansisse dubius Quodl. 20. nu. 15. & 16. Hæc sunt verba textus: De secundo autem in isto articulo, scilicet an possit pro libro distribuere bonum debitum virtute Sacrificii; ita scilicet quòd hoc bonum specialiter reddatur illi, cui ipse specialiter applicat virtutem Sacrificii, diceretur quòd non; sed ad hoc quòd applicatio sua habeat effectum, oportet quòd eam faciat secundum beneplacitum Dei: quia ipse solus est dator illius boni, & secundum suum proprium beneplacitum: non ergo dabitur illi, cui Sacerdos applicat, nisi Sacerdos in applicando conformet se voluntati datoris.

Nunquid Scotus hic asserit sic esse? Audi quòd sequitur: Contra hoc: nullam videtur ille habere auctoritatem applicandi vel assignandi aliquid bonum alicui, cuius applicatio nunquam tenebit, nisi fiat secundum voluntatem alterius, de qua ipse regulariter non potest habere certitudinem; sed Sacerdos celebrans non potest habere certitudinem determinatam de voluntate divina, cui velit dare bonum reddendum virtute Sacrificii, quia nec regulariter hoc Deus revelat in speciali, nec ex Scriptura habetur doctrina de hoc nisi multum remota & universalis, que non sufficit ad sciendum voluntatem divinam in speciali respectu huius persona vel illius: ergo si nunquam applicatio facta per Sacerdotem haberet effectum, nisi esset facta secundum beneplacitum divinam, sequeretur, quòd Sacerdos nullam haberet au-

thoritatem applicandi virtutem Sacrificii, nisi multum in universali. Ecce ratio in oppositum.

Sed quæ resolutio Doctoris Subtilis? **P**otest ergo dici, quòd ubi habetur doctrina certa de applicatione, ibi est sic facienda, ita scilicet quòd si contrariam fiat, fortè nec ei cui applicatur valet, & applicanti nocet; quia peccat. Fortè, inquit, ergo non loquitur assertivè, sed dubitativè, idque de voluntate speciali Christi, in cuius persona Sacerdos offert Sacrificium; non eujuscumque alterius Superioris.

72. Dubitac Scotus.

Et verò quis potest prudenter dubitare sic Christum potuisse instituire Sacrificium, ut eum specialiter revelaret Sacerdoti suam voluntatem de applicatione faciendâ, v. g. Petro, applicatio facta Paulo non valeret? Quid si dicerem sic de facto instituisse? Nunquid dispensator honorum temporalium alicujus Domini validè dispensat bona Paulo contra expressam voluntatem Domini, quâ vult illa dispensari Petro? Quis adeò desipiat?

Ratio dubitandi.

Cæterum, quia, ut loquitur Scotus supra, de hac speciali voluntate Christi Sacerdos celebrans regulariter non potest habere certitudinem, ideo melius dicitur & communiùs asseritur, applicatio fructus medii simpliciter relicta dispositioni Sacerdotis celebrantis.

73. Communis assertio applicatio fructus medii relicta dispositioni Sacerdotis.

Nihilominus quia ab aliquibus dubitatur; **T**utius (ait Scotus supra) videtur, applicationem facere generalem talem: Dignetur Domine oblationem istam specialiter acceptare pro illis, pro quibus nosti me teneri specialiter offerre, & in illo gradu, in quo nosti me teneri pro illis. Et si in speciali determinetur ad aliquem, vel aliquos, tutius est quòd fiat sic sub conditione, si tibi placeat.

Tutius videtur Scoti facere applicationem generalem.

Sed contra: liquidò constat Christum velle, quòd subditus applicet fructum Sacrificii juxta mandatum Superioris, aut, secundum legem Justitiæ, Charitatis, Religionis &c. Ergo aliter facta applicatio non valet.

74. Objectio.

Respondeo, & simul probo Conclusionem: Sacerdos in Sacrificio est minister Christi, sicuti in Sacramentis; proinde licet sit generalis voluntas Christi, ut faciat Sacerdos, quòd præceptum est, sive per legem naturalem, sive per jus positivum; equidem prævalet voluntas specialis, quâ voluit illi provenire effectum, cui Sacerdos applicaret.

Responsio & probatio Conclus. à simili.

Alioquin argumentum concluderet in omnibus Sacramentis, cum tamen certum sit Baptisimum esse validum, estò conferatur contra Prælati præceptum, aut aliam obligationem juris naturalis vel positivi. Eadem est ratio aliorum Sacramentorum, exceptâ Pœnitentiâ, ad ejus valorem requiritur essentialiter jurisdictionis, quæ dependet à voluntate Superioris; sic tamen quòd per simplicem prohibitionem ab habente non auferatur; unde fieri potest quòd absolutio valeat contra mandatum Superioris.

Sacramenta valent tamen conferantur contra voluntatem Prælati.

Ergo

Ergo similiter oblatio Sacrificii erit rata & valida, licet fiat illicitè contra Prælati intentionem & voluntatem. Ergo etiam applicatio fructus Sacrificii.

75.
Confirmatio probatio.

Atque hæc est communis probatio Conclusionis, quæ confirmatur: quia in his, quæ sunt jure divino Ordini Sacerdotali annexa, non potest aliquid mutare Ecclesia, aut Superior Regularis. Veluti cum Religiosus habet licentiam dandi aliquid vel accipiendi à Ministro Generali, non potest Prælati inferior impedire valorem illius donationis.

Cum ergo Sacerdos à Christo acceperit potestatem in sua Ordinatione conferendi Sacramenta, & offerendi Sacrificium, non potest impediti in illis muniis quoad valorem à potestate inferiori, quamdiu non satis constat illam potestatem datam esse cum simili subordinatione, quomodo hic non constat.

76.
Obijciunt dissimilitudo inter Sacramentum & Sacrificium.

Si dixerit aliquis: rectè quidem, valeat Sacrificium oblatum contra voluntatem Prælati, sicuti valet Sacramentum collatum contra voluntatem Prælati; sed unde constat quod valeat applicatio Sacrificii? Certè plurimum distinguuntur oblatio Sacrificii, sive Sacrificatio, & applicatio fructus Sacrificii. Fieri ergo posset, quod applicatio non valeret, estò alioquin valida foret oblatio.

Aliud cernitur in Sacramentis, in quibus præter intentionem efficiendi, non requiritur nova intentio applicandi effectum: sed eo ipso quo validè confertur, naturaliter causat omnem suum effectum secundum dispositionem subiecti: at verò Sacrificium posset validè offerri, tametsi inde nullus, quantumvis optimè dispositus, acciperet fructum ejus specialem. Ergo similitudo inter Sacramentum & Sacrificium sufficienter salvetur in eo, quod oblatio Sacrificii sit valida, estò applicatio sit subiecta dispositioni Ecclesiæ.

77.
Responsio.

Respondeo concedendo totum. Ergo est subiecta dispositioni Ecclesiæ, negatur Consequentia; quippe illa applicatio fit ex potestate à Christo tradita, ut constat ex forma Ordinationis: *Accipe potestatem offerendi sacrificium pro vivis, & defunctis*; nulla enim est ratio restringendi illa verba ad solum fructum generalissimum: igitur quoad applicationem est minister Christi, sicuti quoad consecrationem; atqui Prælati non potest impedire valorem consecrationis, ut patet ex alibi dictis: ergo nec poterit impedire valorem applicationis.

78.
Ejusque confirmatio.

Alioquin (ait Lugo disp. 19. nu. 211.) si voluntas Prælati, vel debitum iustitiæ prævalet, consequens est, ut qui contra illud debitum Missas aliis applicuit, ad nihil postea teneatur; quia quidquid ipse contra tentaverit, Sacrificium pro illis fuit acceptatum, quibus debebatur, quod est contra communem sensum Ecclesiæ.

Lugo.

Quem probè intellexit Scotus dicens n. 17. *Isti, quorum orationes & oblationes sunt sic determinate certis personis, non possunt eas pro libitu alii applicare, quia facerent iniustitiam subtrahendo debitum illis, quibus iam sunt obligati, & intelligo, si applicarent aliis, ita specialiter sicut ipsi, & hoc aliis, quibus non aequè obligantur.*

Subtrahendo, inquam, debitum illis: igitur, etiam dato, quod fortè nec illis valeret, quibus applicarentur, adhuc non valeret aliis, quibus ex iustitia deberent applicari.

Hinc licet concederet aliquis, Prælatum posse inhabilem reddere subditum ad applicandum Sacrificium pro alio, quàm pro Petro; sicut potest reddere inhabilem ad contrahendum Matrimonium cum alia, quàm cum Catharina, vel ad profitendum in alia Religione, quàm in Religione Sancti Francisci: adhuc fortè negaret, quod Sacrificium illud proficeret Petro: sicuti si contraheret invalidè cum Barbara, non propterea conferretur contraxisse cum Catharina; aut si invalidè profiteretur Religionem Sancti Augustini, non tamen acceptaretur à Deo illa Professio pro Religione Sancti Francisci, nisi ipse etiam positivè vellet in illa profiteri.

Fateor tamen ego hæc Similia multum claudicare: etenim tam Matrimonium, quàm Professio religiosa maxime sunt onerosa, ut proinde planè congruum fuerit, imò quodammodò necessarium, quod requirerent personalem consensum, qui alienam voluntatem non posset supplere. Nihil autem tale reperitur in applicatione Sacrificii pro hoc, vel illo.

Quare existimo; si Deo placuisset, facile fuisset Ecclesiæ supplere consensum Sacerdotis in applicatione fructus Sacrificii. Nam de facto Respublica civilis supplet defectum consensuum in quibusdam contractibus, transferrando dominia rerum, etiam contra expressam voluntatem veri Domini, quando sic expedit bono communi. Cur similiter non potuisset Christus dare Ecclesiæ suæ, sive Prælati Ecclesiæ quasi dominium, aut potius jus altum dispensandi fructum Sacrificii contra voluntatem subditorum, quando rationabiliter iudicarent id expedire pro bono communi?

Et sanè cum Prælati Regularis de facto irritet omnia vota suorum subditorum, & possit ipsos inhabiles reddere ad votandum, vellem scire, quare non possit eosdem inhabiles reddere ad applicandum huic vel illi fructum Sacrificii.

Respondes; quia non vovent in persona Christi, sicuti applicant fructum Sacrificii in persona Christi: quoties autem Superior aliquis supremus subdito quiddam committit, quod ejus nomine faciat, vel aliquid subdito concedit, non pendet subditus in usu ejus commissionis, vel facultatis à voluntate Prælati, vel Superioris immediati, ut supra exemplificavimus.

plicavimus in Religioſo, qui à Generali accepit licentiam aliquid dandi, vel accipiendi.

81. Bona reſponſio, ſed non ex omni parte beata. Nam oppoſo unum verbum, & peto, an Prælatuſ immediatuſ poſſit facere, ut Religioſuſ ille peccet, utendo licentiâ Generaliſ. Si affirmative; ergo pendet in uſu illiuſ facultatiſ à voluntate Superioriſ immediati. Pendet, inquit, ſed in uſu licito; non in uſu valido.

Contra; quidni etiam pendeat in uſu valido? Quia, reponiſ, ideo petita fuit licentia, ut ſubdituſ contra voluntatem immediati Superioriſ poſſet eâ validè uti. Contra; etiam ut poſſet licitè uti. Tranſeat, inquit, & ideo nec in uſu licito dependet. Infero; ergo nec poteſtas Sacerdotiſ dependet à Prælato in uſu licito ſacrificandi, & applicandi fructum Sacrificii. Negat Conſequentiam.

Sed quæ diſparitas? Quia, reſpondeſ, Ordo ſacerdotaliſ non tam requiritur ad licitè, quàm ad validè conſecrandum, & fructum Sacrificii validè applicandum; ſicuti etiam ad reliqua Sacramenta, quæ talem Ordinem eſſentialiter poſtulant, validè conſcienda; quæ poteſtate ſuſpoſita, & ſine qua indubiè omnia hæc illicitè fierent, multa adhuc alia requiruntur, ut licitè fiant.

Conſentio. Sed nunquid poteſt quiſ prudenter dubitare, an Religioſuſ habent licentiam à Superiore, ſive mediato, ſive immediato dandi aliquid, vel accipiendi, quin, inquam, poſſit eâ illicitè uti, quamvis validè?

Utrumque ergo ſit de hac comparatione inter Religioſum & Sacerdotem; quia ſimilitudo ſemper claudicat: firmiter mihi perſuadeo, ſic Chriſtum poſuiſſe inſtituere Sacrificium, ut offerretur in ſui perſona independentè à voluntate Superioriſ; applicaretur autem dependentè. Nullam enim in eo invenio repugnantiam, attamen quod ſic factum ſit, nec ratio, nec auctoritas probat, & ideo notiſ eſt aſſerendum.

82. Petes; quid ſi ergo Sacerdoſ ex propoſito nemini applicet fructum medium, cui proveniat? Reſpondeo, nec ipſi, nec aliſ, ſed manebit in theſauro Eccleſiæ.

Exiſtitant tamen aliqui Sacerdotem dum ex inadvertentia nemini applicat, aut dum applicat incapaci, habere regulariter virtualem, ſeu implicitam intentionem applicandi ſibi ipſi, aut certè aliſ, quibuſ obligatur; imò omnibuſ, pro quibuſ generaliter offert.

Hanc intentionem ſatiſ explicant illa verba: *Offero tibi pro innumerabilibuſ peccatiſ meiſ &c. & pro omnibuſ fidelibuſ Chriſtianiſ viviſ atque defunctiſ, ut mihi & illiſ proficiat ad ſalutem;* ſcilicet, quantum proſequeſ poteſt; adeoque non tantum quoad ſatiſfactionem, ſed etiam

quoad impetrationem, ſi non ad peculiare aliquod beneficium, ſaltem generaliter ad divinam opem obtinendam. Quod certiuſ eſt, ſi aliquando expreſſè talem intentionem formaverit, & non revocaverit.

Et quia ſæpè incertum eſt, an ille, pro quo ſpecialiter volo offerre, ſit capax fructuſ Sacrificii, v. g. ſi defunctuſ, pro quo volo offerre, ſit in Purgatorio, idcirco conſulunt Doctoreſ ſecundam intentionem, quæ velim fructum, aut certè illiuſ reſiduum, applicari alteri ſub conditione, quodd prior non indigeat aut ſit incapax.

Cumque defuncti tantum indigeant relaxatione pœnæ, conſulit Præpoſituſ qu. 83. nu. 104. ut quoties pro illi� celebramus, applicemus Sacrificium aliſ, uni vel pluribuſ; quoad gratia� prævenienteſ, aut alia bona obtinenda.

Sed nunquid pluribuſ tantum proderit, quantum uni? Reſolutio patebit ex dicendiſ Concluſione 7. & 8.

CONCLUSIO VII.

Sacrificium quæ impetratorium æquè valet multuſ, atque uni, ſi pro ſinguliſ explicite offeratur.

83. Pro meliori intellectu hujus & ſequentiſ Concluſionis; ſuppono primò tamquam certum, fructum Sacrificii ex opere operantiſ eſſe omnino finitum, veluti fructuſ aliorum bonorum operum; adeoque magiſ vel miniſ participari ſecundum diſpoſitionem ipſiuſ operantiſ, pluribuſque communicatum in ſinguliſ minorem eſſe, atque in uno, cui ſoli communicaretur. Quantum autem ad fructum ex opere operato aut quaſi,

84. Supponendum ſecundò, fructum qui obvenit illi�, qui ſecundariò & improprie offerunt, v. g. qui audiunt Miſſam, non crefcere, neque decreſcere ex paucitate vel pluralitate ita offerentium. Cum enim ſint diſtinctæ moraliter oblationeſ, quidni ſingulaſ ſinguloſ habeant effectuſ proportionatoſ?

85. Sicuti ſi duo Sacerdoſ eandem hoſtiam conſecrarent, non dubito, quin æqualem reciperent effectum, ac ſi ſinguli ſingulaſ hoſtias conſecrarent. Enimverò hoſtia principalis, Corpus ſcilicet & Sanguis Chriſti, etiam in multuſ ſacriſ, una eſt & eadem, quam ex parte ſua multi celebranteſ æquè offerunt, atque unicuſ, & ideo ſinguli recipiunt æqualem effectum, ſive multi ſint; ſive pauci.

81. Contra reſponſionem negativam arguit Auſtor.

83. Conſultat ſecunda applicatio conditio. naria.

84. Fructuſ Sacrificii ex opere operantiſ eſt finit.

85. Plureſ ſecundariò offerenteſ cum Sacerdote æqualem habent effectum ex opere operato ac ſi unus offerret.

Probatur à ſimili.

Ratio ex
Scoto;

Rationem hujus rei attigit Scotus Quodl. 20. nu. 4. & sequentibus: quia ut oratio impetret, requirit cum re postulata proportionem: nam eadem oratio ceteris paribus non aequè impetrabit rem difficilem & facilem, majorem & minorem, ac proinde non aequè impetrabit eandem rem uni & multis, quia hoc ipso res postulata est major.

et probatio
a simili.

Sicut (inquit Doctor n. 6.) plures pœnae aequivalent uni maiori pœnae, & non relaxantur, nisi per opus satisfactorium maius, vel per plura opera satisfactoria, sic videtur de pluribus bonis impetrandis, quod aequivalent uni maiori, & ideo non nisi per plura bona, vel unum maius bonum impetrantur.

92.
Conclusio
ulterius de-
claratur.

Hinc autem inferitur; si Sacrificium applicetur ad multa impetranda, quæ unâ generali petitione contineantur, sicut talis oratio minus efficax est in singulis, ita quoque Sacrificium minus tunc impetrabit pro illis; quia proportionatur orationi. Sin verò petitio fuerit specialis, ita ut fiant multæ orationes, unaquæque pro sua re vel persona, et si unum Sacrificium offeratur ad omnia illa impetranda; aequè potens erit ad omnia, & ad singula; quia ipsum de se semper est aequè sufficiens, ut antea diximus, & aliunde ex parte orationis est etiam æqualitas.

Quod probò; quia unum meritum non impedit aliud, si opera concomitanter multiplicentur, & easdem morales circumstantias habeant: ergo consimiliter una oratio non minuet valorem & dignitatem alterius; sed unaquæque habebit totam vim impetrandi, quam haberet sola.

de probatur
ex eorum
etiam praxi.

Alioquin non liceret in Sacrificiis uni additis, pro aliis rogare alia (quod tamen quotidie practicitur) ne ille unus fraudetur aliquo fructu impetrationis, ad quem fortè habet jus. Sicuti probabilius non licet Sacrificium uni debitum, aequaliter applicare aliis quoad fructum satisfactionis: quoniam hic fructus in pluribus minor est, quàm in uno, ut doceo Conclusionem sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO VIII.

Effectus satisfactionis, quem habet Sacrificium Missæ ex opere operato, eò minor est in singulis, quò pro pluribus offertur.

93.
Conclusio
probatur ex
Scoto.

Ita Scotus Quodl. 20. n. 20. De tertio in isto articulo dici potest, sicut in precedenti articulo, quod scilicet Missæ non tantum valet virtute Sacrificii applicata pluribus in eodem gradu, sicut si

uni soli applicaretur. Probat: Quia bonum quod debetur virtute Sacrificii correspondet secundum plenam iustitiam alicui merito in Ecclesia: illud meritum est finitum & certi gradus: ergo sibi secundum iustitiam plenam aequè correspondet bonum certi gradus reddendum: ita quod nihil reddatur virtute Sacrificii nisi illud, vel inclusum in illo: ergo si totum illud reddatur isti, nihil virtute Sacrificii reddatur illi: quia quod daretur illi, nec est istud bonum, quod datur isti, nec includitur in illo, ut aliud eius, & per consequens ex opposito consequentis, si virtute Sacrificii aliquod bonum datur illi, non totum datur isti, quod debetur virtute Sacrificii; daretur autem ei totum in medio gradu, si sibi soli specialiter applicaretur: ergo &c.

Quo immo; et si actio sacrificativa, quatenus est moraliter ipsius Christi, aut clarius, quatenus est actio Christi, prout de facto agentis (quod alii volunt) foret infinita; equidem non haberet vim, seu effectum in actu secundo juxta valorem actionis pro tempore presentis consideratæ; sed consideratæ secundum quod Christus olim in institutione Sacrificii effectum ei ex merito suæ Passionis annexit.

Porro finitum annexisse patet, tum ex sensu communi, tum ex praxi Ecclesiæ, sæpius pro eadem anima, idque distinctè pro singulis celebrantè, cum alioquin debuisset præscribere, ut pro omnibus simul semper celebraretur: nam charitas postulat, ut offeratur pro omnibus, quibus potest prodesse absque aliorum præjudicio. Scotus n. 6. ibi: Et tunc secundum ordinatam charitatem deberet quilibet orare pro quocumque; quia deberet impetrare bonum pluribus: dum tamen hoc posset per eundem actum sine diminutione boni alicuius eorum.

Dices: Ecclesia id non facit; quia non constat, utrum ita sit. Respondeo; Spiritus Sanctus, qui docet Ecclesiam omnem veritatem; hanc putas eam celavit? Certè, vel ex continua praxi satis constat, quid Ecclesia sentiat de hac veritate. Et verò quid nobis sentiendum sit, ex quo melius colligi potest, quàm ex sensu Ecclesiæ?

Herculè si Ecclesia dubitat, an Sacrificium quoad fructum satisfactionis aequè prodest pluribus, atque uni, quidni præscribat, ut pro omnibus simul semper offeratur, si, vel quatenus fieri potest sine præjudicio particularis intentionis? Talis autem præscriptio nullibi extat.

Itaque ratio à priori Conclusionis est voluntas Christi, quæ colligitur ex praxi Ecclesiæ & communi sensu fidelium. Congruentia; quia Sacrificium non habet vim tollendi debitum pœnæ, nisi quatenus habet annexas satisfactiones præteritas Christi: hæc autem annexio non debuit ita fieri, ut haberet virtutem infinitam; sed potius contrarium erat congruum.

94.
Fundatur
in communi
sensu,
& praxi
Ecclesiæ.

Scoto;

95.
Obiectio
solvitur.

96.

Ratio à
priori Congruentia
et voluntas
Christi.

Congruentia.

Probat; quia Christus voluit hoc Sacrificium sæpius offerri, quod alioquin non fuisset necessarium, saltem pro eadem re; nam oblatum pro uno, v. g. Petro vivente, remitteret ei omnem pœnam, etsi tantam haberet persolvendam, quantam omnes animæ in Purgatorio simul. Immo oblatum pro omnibus simul, tam vivis quàm defunctis, remitteret eis omnes pœnas debitas in Purgatorio, quod est incredibile.

97. Scitè ergo dixit Scotus suprà n. 24. *Et est quòd acceptaretur Sacrificium ratione voluntatis Christi ut offerentis, hoc est, instruentis oblationem, & dantis sibi valorem & acceptationem, tamen non æquivaleret, nec acceptaretur sicut Passio Christi, & ita esset meritum finitum, cui correspondet debitum virtute Sacrificii.*

Quid miramur? Etenim Sacrificium Crucis erat actio meritoria & satisfactoria, minimè iteranda. Planè ergo conveniens fuit, ut haberet valorem quasi infinitum, qui postmodum finitè, per infinita quasi Sacrificia incruenta, in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur, sicut finitè applicatur per Sacramenta.

98. Alioquin in actu primo, sive quoad sufficientiam, etiam valor Sacrificii incruenti est infinitus, ratione scilicet rei oblatae, & principalis offerentis, qui est Christus, infinite dignificans oblationem Sacrificii, in suis quasi infinitis meritis fundatam, suoque factam nomine: attamen in actu secundo virtutem seu effectum infinitum ei non tribuit; sed voluit, ut statim dixi, fructum Passionis in eo finitè applicari.

Finitè, inquam, non tantùm in hoc sensu, quòd una Missa applicata omnibus & singulis fidelibus minimè sufficiat perfectè pro illis: aut applicata unj personæ, v. g. defunctæ, non tollat ab illa omnem pœnam debitam, etiam si hæc pœna major & major in infinitum esse supponatur: hujusmodi enim finitudinem, ut sic loquar, omnes libenter fatentur; sed etiam in hoc sensu, quòd una Missa applicata pro multis, non tantùm singulis prodest, quantum omnibus; prout praxis Ecclesiæ demonstrat.

Profectò ex contraria sententia hoc absurdum sequitur, quòd Sacerdos pluribus ex justitia obligatus, v. g. ratione stipendii, quod à singulis accepit, per unam Missam satisfaceret.

Respondet Vasquez disp. 231. cap. 3. ubi docet oppositum Conclusionis, Responder, inquam, Negando Consequentiam. Primò, quia is, qui stipendium tribuit Sacerdoti, non solum petit ab eo applicationem Sacrificii, sed etiam orationes Ecclesiæ & impetrationem earum, quæ sunt finiti valoris; ac proinde minùs singulis prodest, si inter plures, quàm si inter pauciores dividantur.

Sed contrà primò: posset pro singulis explicitè orare, ac proinde, juxta nostram doctrinam præcedenti Conclusionem explicatam, omnes æqualem effectum impetrationis acciperent, ac si pro singulis seorsim offerret.

Secundò: impetratio Ecclesiæ est per accidens; nam excommunicatus, aut aliter practicus satisfaceret suæ obligationi, estò nihil impetraret nomine Ecclesiæ, quæ non vult illo uti tamquam Legato ad aliquid impetrandum.

Respondet Vasquez secundò: ideo talem Sacerdotem peccare, quia solum probabiliter solvit, quod debet; nam valor ille infinitus solum est probabilis.

Sed contrà primò: hoc ipsum satis declarat falsitatem sententiæ Vasquez; cum ab initio nascentis Ecclesiæ omnes Sacerdotes existimaverint se teneri ad offerendum pro singulis singula Sacrificia.

Secundò: qui promissit jejunium, satisficit si probabiliter jejunet. Similiter, qui hodie applicat fructum Sacrificii crastini, estò aliqui doceant illam applicationem non valere.

Respondet Vasquez tertio: peccare Sacerdotem in illo casu contra justitiam; quia cum stipendium detur ratione sustentationis, ut qui altari servit, de altari vivat, justitia ipsa non patitur, ut qui semel ab uno in sustentationem stipendium accepit, ab alio contra ipsius voluntatem sustentetur.

Sed contrà; Sacerdos in Natali Domini potest accipere stipendium pro secunda & tertia Missa, licet jam acceperit stipendium & sustentationem pro illa die ab eo, cui applicuit primam Missam.

Dices; qui dedit stipendium pro prima Missa, non est involuntarius, ut accipiat Sacerdos aliud pro secunda & tertia.

Respondeo; unde constat quòd ille qui primò obtulit stipendium sit involuntarius, ut Sacerdos pro eadem Missa accipiat plura stipendia, supposito quòd habeat æqualem effectum, ac si pro ipso solo Sacrificium offerretur? Nonne stipendium unius Missæ valde exigua sustentatio est pro una die?

Præterea, si unj liberaliter promissit Sacrum, & ab altero accipi stipendium, saltem tunc potero satisfacere unicæ Missæ, quod est contra communem fidelium apprehensionem, & ideo non admittendum. Igitur sicut magis commune, ita magis probabile est, Missam oblatam pro multis non tantùm eis prodesse, ac si pro singulis offerretur: ut amplius ostendo, dum dissolvo illa, quæ alii pro sua sententia objiciunt.

Primò, multiplicatis iis, qui assistunt Sacro, non minùs prodest Sacrificium singulis, quàm si singuli soli adessent: ergo similiter multiplicatis iis, pro quibus offertur, non minùs prodest singulis, quàm si pro singulis solis

99. Probat. Conclus. ex absurdo quod sequitur ex opposita sententia.

100. Responsio Vasquezii.

Sect. 4. De Effectu & Valore Sacrificii. Concl. 8. 453

solis offerretur. Probatur Consequentia; quia illis, qui assistunt, non aliter prodest ex opere operato Sacrificium, nisi quatenus Sacerdos pro illis offert magis in particulari.

Respondetur. Respondeo Negando Consequentiam. Ad probationem dico primò, valde incertum esse, ut patet ex dictis Conclusionibus 5. an illi, qui Missam assistunt, ex eo præcisè acquirant aliquem fructum ex opere operato, id est, infallibilem remissionem alicujus pœnæ. Affirmat quidem Suarius disp. 79. sect. 8. §. *Quartò de cæteris privatis offerentibus*, & probat quatuor rationibus, sed quæ non convincunt, ut statim declaro.

105. Probatur ergo primò; quia oblatio hujus Sacrificii est fructuosa ex opere operato: ergo rationi consentaneum est, ut omnes, qui ad illam verè concurrunt per proprium actum, seu concursum moralem, participant hujusmodi fructum.

Secundò. Secunda ratio est; quia ex ejusmodi concursu plurium offerentium cum ministro resultat quasi unum morale offerens cum majori devotione, reverentiâ & dignitate: ergo respondet illi major fructus ex opere operato cæteris paribus; nam hic fructus definitur juxta devotionem offerentium: ergo hæc ratio respondet singulis offerentibus, ut tales sunt, aliqua pars illius fructus, juxta unicujusque devotionem.

Tertiò. Probatur tertiò: sicut usus Sacramenti consistit in receptione, ita ratio Sacrificii in oblatione; sed omnes, qui recipiunt Sacramentum, participant fructum ejus: ergo similiter omnes offerentes per proprium aliquem concursum vel actionem participant fructum Sacrificii.

Quartò. Quarta probatio: Christus hoc modo potuit instituire hujus Sacrificii efficacitatem, & est valde consentanea dignitati ejus, & hominibus conveniens, ut saltem spe fructus unicujusque devotè offerre studeat juxta capacitatem suam: ergo credendum est ita instituisse.

Confirmatio. Et confirmatur: nam inconveniens esset, quòd audiens Missam, non plus fructus accipiat ex opere operato ex Missa, quàm ille, qui non audit, si Sacerdotis applicatio erga utrumque æqualis est, & alioquin in hujusmodi effectu nullum est inconveniens, nec aliquid contra illum objici potest, quòd difficultatem ingerat; cur ergo negandus est? Hucusque Suarius. Sed hæc rationes, ut antea dixi, non convincunt.

106. Ad principalem respondent Adversarii: tota efficacia ex opere operato quantum attinet ad remissionem pœnæ, provenit ex eo, quòd Sacrificium offeratur in persona Christi: ideo enim hæc illa munda oblatio est, quia nimirum prout est à Christo offerente, semper est munda & acceptabilis, quæ nullâ indignitate

aut malitiâ offerentium inquinari potest; jam autem solus Sacerdos offert in persona Christi: adeoque nec ipse habet fructum ex opere operato, quâ privata persona est vel Legatus Ecclesiæ; sed in quantum sustinet personam Christi.

Ex quo patet responsio ad tertiam probationem; videlicet disparitas inter Sacramentum & Sacrificium: nam qualibet susceptio Sacramenti est fructuosa, si non sit obex in suscipiente, ut definit Concilium Tridentinum sess. 7. de Sacramentis in genere can. 7. *Si quis dixerit non dari gratiam per hujusmodi Sacramenta semper & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiamsi ritè ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus, anathema sit.* In quo autem Concilio definitur per Sacrificium infallibiliter conferri remissionem pœnæ omnibus illud legitime offerentibus? Igitur non qualibet oblatio Sacrificii est fructuosa ex opere operato, quòd attinet ad infallibilem remissionem pœnæ; sed illa sola, quâ Christus seipsum per Sacerdotem offert.

Ad secundam probationem negant effectum ex opere operato crescere ex devotione offerentium; etenim effectus Sacramentorum non crescunt ex bonitate ministri: & aliunde videtur hæc esse mens omnium fidelium, qui quamvis propter impetrationem propriam ipsius Sacerdotis, quarant aliquando magis sanctos & devotos; verumtamen propter fructum Sacrificii, qui provenit ex parte Christi, de hoc minime sunt solliciti.

Et quis scit, an non ideo dixerit Tridentinum sess. 22. cap. 1. *Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nullâ indignitate aut malitiâ offerentium inquinari potest?* Inquinaretur autem si malitiâ offerentium ejus effectus ex opere operato minueretur.

Sanè si Dominus per famulum malum det eleëmofynam impositam à Confessario in Sacramento Pœnitentiæ, illa non minùs erit satisfactoria ex opere operato, ac si famulus esset bonus. Ergo similiter si quis Sacrificium offerat per Sacerdotem malum, illud non minùs erit satisfactorium ex opere operato, ac si Sacerdos esset bonus.

Ad quartam probationem dicunt, abundè sufficere ad dignitatem Sacrificii, quòd illi, qui Sacrificio assistunt, accipiant majorem fructum ex opere operantis, & etiam quasi ex opere operato per modum impetrationis, quatenus Sacerdos specialiter offert pro circumstantibus juxta dicta Conclus. 5.

Atque ut sententia Suarii esset vera, videlicet ut omnes assistentes Sacrificio acciperent remissionem alicujus pœnæ ex opere operato, hoc non ideo fieret, quia Sacerdos pro ipsis specialiter offerret; sed quia & ipsi offerrent cum Sacerdote: quare non mirum quòd multiplicaretur fructus pro singulis; nam licet res oblata

107.
Responsio
ad tertium.

108.
Respondetur
ad secundum.

109.
Responsio
ad quartum.

110.
Sententia
Suarii ostenditur
erroneam.

oblata sit eadem, oblationes tamen saltem moraliter multiplicantur pro multitudine offerentium, & singulis oblationibus respondet suus fructus; sicuti si eadem aqua, & eadem asperzione baptizarentur duo homines simul, esset duplex Sacramentum, & duplex effectus. Vide dicta Concl. 7. n. 83. §. *Supponendum secundum*. Porro ad multiplicationem præcisè eorum, pro quibus offertur idem Sacrificium, non multiplicantur oblationes, sed eadem omnino oblatio dividitur inter omnes.

111.
Objectio.

Nequaquam, reponit aliquis; nam qui dat stipendium, etiam suo modo, & satis propinquo, offert cum Sacerdote: ergo multiplicatis illis, etiam multiplicantur offerentes; & per consequens multiplicatur fructus Sacrificii.

Responsio.

Respondeo: fructus, qui provenit iis ut offerentibus, concedo; qui pendet ex applicatione Sacerdotis, quatenus offert pro illis in persona Christi, nego.

112.
Instantia.

Instabis; Sacerdos specialiter orat pro circumstantibus: ergo exinde specialis fructus, qui cum sit finitus, adhuc utilius erit audire Missam solus, quam cum aliis.

Solutio.

Respondeo; Sacerdos orans in *Memento* pro circumstantibus, non applicat illis nisi fructum impetrationis; alioquin cum tota essentia Sacrificii, secundum multos Doctores, in sola consecratione consistat, pejoris essent conditionis defuncti, pro quibus oratur post consecrationem, & per consequens, quibus non potest applicari fructus Sacrificii præcedentis. Jam autem fructus impetrationis, ut supra explicavimus, suo modo est finitus, ac proinde non provenit detrimentum singulis ex confortio aliorum, nisi forte per accidens, quatenus multitudo eorum facit, quod Sacerdos non possit ita distinctè & sigillatim ac studiosè orare pro singulis, ac si essent soli.

113.

Devotio Sacerdotis non minuitur propter multitudinem eorum pro quibus sacrificat.

Probat a Scoto.

Cæterum putat Scotus Quodl. 20. nu. 7. devotionem Sacerdotis non minui propter multitudinem: *Distractio*, inquit, non necessarid concurret ex hoc, quod pro pluribus celebratur, quia non oportet celebrantem pro multis, tunc de eis actu cogitare; sed sufficit, quod ante recollegerit istos, pro quibus intendit specialiter orare, & intentionem suam talem Deo obtulerit. Ex tunc enim, si tantum in communi memoriam eorum habeat, hoc sufficit; quia Deus oblationem & devotionem suam pro illis acceptat, pro quibus ordinavit prius se velle offerre: & in isto casu verum est, quod propter multitudinem attentio actualis ad singulos minuitur; quia non est ad eos, nisi in communi; sed devotionem, qua est motus mentis in Deum, non oportet minui.

& exemplificatur.

Exemplificat: Non minus devotè celebrat quis de omnibus Sanctis, quam de uno Sancto: quia etsi minus distinctè attendat ad quemlibet, tamen attentio ad totam communitatem sufficit ad devotionem, non tantum æqualem, sed maiorem, quam sufficeret attentio ad unum eorum; nisi forte ad illum, in quo

eminenter est illud, quod est materia devotionis ad omnes, qui est solus Deus trinus: sic quando oratur pro multitudine, sive communitate indigente, ut impetretur sibi bonum, quo indiget, maior compassio potest haberi, & ita maius desiderium impetrandi illud, quo indiget, quam si pro uno indigente oraretur; & ita non minuitur ibi devotio, licet minuat intentio actualis & distincta.

Et his infert Doctor: Non ergo minus bonum tunc impetrat singulari propter diminutionem devotionis, sed propter hoc solum, quod merito suo correspondet aliquod bonum certum, & hoc in quocumque eodem gradu, scilicet reddendum illi, cui valet specialissime, vel illis, quibus valet generalissime: vel etiam illi, vel illis, quibus valet medio modo, & per consequens in isto tertio gradu, in quo loquimur, si est minor extensio, est minor intentio unicuique. Atque hæc sufficiant pro responsione ad primam objectionem.

Arguitur secundò; res oblata in Sacrificio Missæ habet infinitum valorem; Respondeo, valorem oblationis non tam sumi ex te oblata, quam ex offerente. Alioquin oblatio, quæ Beata Virgo suum Filium obtulit in templo, fuisset infiniti valoris. Similiter si sacrificium Crucis haberet infinitum valorem, prout à Christo summo Sacerdote offerretur, equidem oblatio Beatæ Virginis, & aliorum, qui Cruci astabant, tametsi animo offerrent Deo illud idem Sacrificium, erat indubiè finiti valoris.

Ista (oblatio Eucharistiæ) non est accepta (inquit Scotus suprâ nu. 21.) nisi sit offerentis accepti, iuxta illud Gen. 4. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius. Prius ad Abel, quam ad munera. Et iuxta illud Luc. 21. Vidua hæc pauperula plures, quam omnes misit: quia ex voluntate magis accepta. Et Gregorius in Homilia super illud Matth. 4. Ambulans Jhesus & Nec pensat Deus, quantum in ejus Sacrificio; sed ex quanto deferatur affectu. Unde si Iudeus obtraheret Patri Christum volentem, vel non volentem, non fuisset ista oblatio ita accepta à Patre, sicut quando Christus sponte se obtulit: immo non fuisset accepta, iuxta illud Ecclesiastici 34. Qui offert Sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui victimam suam in conspectu Patris.

Dices; in hoc Sacrificio etiam offerens est infinite acceptus Deo, & ex infinito offert affectu. Patet; quia Christus est principalis offerens, cujus omnia opera quasi infinite dignificantur ex Persona Divina. Una (inquit Tridentinum sess. 22. cap. 2.) eademq; est hostia, idem nunc offerens Sacerdos ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit, solâ offerendi ratione diversa. Quidni ergo & idem valor, sicut tunc infinitus, ita quoque nunc?

Respondeo; quia Sacrificium cruentum, fuit opus, ut supra adhuc diximus, verè meritum gratiæ & gloriæ, & satisfactorium ad sufficientiam pro peccatis totius mundi. Nam, ut

Sect. 4. De Effectu & Valore Sacrificii. Concl. 8. 455

ut ait Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 2. Hunc (Christum Jesum) proposuit Deus propitiationem per fidem in Sanguine ipsius pro peccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

Et sequitur cap. 3. Verum est ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, sed id duntaxat, quibus meritum Passionis eius communicatur, per Sacramenta & Sacrificium incrementum.

Communicatur, inquam, non indefinite, & indeterminate, sed prout Spiritus Sanctus vult. Vult autem & disponit omnia in numero, pondere, & mensura. Uniuersique enim nostrum (ait Apostolus ad Ephes. 4. v. 7.) data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

Sed contra; Sacramentum simul applicatum pluribus, causat aequalem in omnibus effectum, est limitatum: ergo similiter Sacrificium, quod solum intendunt Adversarii.

Respondet disparitatem esse, quod Sacramentum pro multiplicata suscipientium multiplicatur: licet enim unica sit, v. g. ablutio, sive asperio actiua in Baptismo, aut absolutio in Sacramento Pœnitentiæ; equidem tot sunt Sacramenta, quot homines absoluntur, vel abluuntur: at verò Sacrificium, sive uni, sive pluribus applicetur, semper est unicum: siquidem in iis, pro quibus offertur, minimè subiectatur, prout Sacramenta recipiuntur in iis, quibus applicantur.

Arguitur tertio: bonum spirituale proportionatur Spiritui, & spiritus, v. g. Angelus est ubique totus, & non per partes communicatur; sed est totus in toto, & totus in singulis partibus: ergo bonum spirituale, & per consequens fructus Sacrificii communicatur sine divisione, & ita non diminuitur, licet pluribus communicetur.

Respondet Scotus n. 8. Spiritus est extensivè non dividatur, tamen numeraliter spiritus à spiritu distinguitur: sunt enim singulorum corporum animarum singule anime: & ille habent bonitatem naturalem magis extensivè, quam una ex eis: immo æquivalentem bonitati magis intensa secundum illud Divi Augustini 7. Trinit. cap. 6. Plus sunt aliquid homines duo, quam unus homo. Et per hoc distinguitur pluralitas in Divinis à pluralitate in creaturis, quia plus aliquid hic sunt duo, quam unum, non sic ibi: Unde subdit: Non enim major essentia est Pater, & Filius & Spiritus Sanctus simul, quam solus Pater, aut solus Filius. Bonitates etiam plures spirituum sunt maioris valoris, & ideo requirunt plura bona, vel unum maius bonum, propter quod retribuuntur.

Non enim qui orando meretur vivificare unum mortuum, eadem ratione, æquè meretur vivificationem quoruncumque mortuorum. Ita dico quod bonum spirituale communicatur sine divisione quantitativa: secundum extensionem tamen communicatur cum distinctione, scilicet aliud alteri, & ita requirit

distinctum meritum, propter quod reddatur, & hoc dico aequale intensivè.

Et si istes; saltem bonum spirituale non communicatur per partes: ergo si virtute huius Missæ debetur bonum utrique tamquam unum totale præmium, illud non reddetur per partes, sic scilicet quod pars dabitur uni, & pars alteri.

Respondet Doctor n. 9. ex Divo Augustino 6. de Trinit. cap. 8. In his, que non mole magna sunt, hoc est manus esse, quod est melius esse. Subsumit: Duo verò bona æqualia sunt meliora altero; ergo in eis est maior bonitas: maior autem licet non possit actu dividi, tamen toti æquantur plura parva, quæ in mediocritate, & in illis parva est distinctio, & pro illo uno magno, licet in se indivisibili, tamen divisibili, vel magis distinguibili in æquivalentia possent illa multa reddi.

Applicat ad propositum: Sic hic, tanto merito debetur adæquate tantum; illud in se dividi non potest, sed tamen illi æquivalere possent multa bona minora, & ita ipsum potest dividi valore, dum pro ipso diversa bona minora distinctè reddantur. Non ergo illud bonum spirituale realiter per partes datur, sed datur in multis bonis minoribus, quæ respectu illius boni habent partialem valorem.

Si urgeas; qui spiritum recipit, totum spiritum recipit: ergo similiter qui aliquod bonum spirituale recipit, recipit ipsum totum.

Respondet Scotus: Si possibile esset eundem spiritum distribui multis in valore, sicut hic est possibile de bono reddendo virtute orationis, unicuique minus bonum daretur: & forte etiam realiter spiritus minus communicaretur, si transcenderet suum susceptivum proportionatum; sicut forte anima non aquè vivificaret corpus quantumcumque cresceret; sed passo proportionato aquè communicatur: in proposito receptivum proportionatum bono illi, quod est reddendum pro merito, est una persona, & quod datur illi, datur non per partes. Ita Scotus de hoc argumento.

Breviter quis respondere posset, Negando Consequentiam. Quæ enim conventio substantiæ spiritualis ad accidens spirituale? Nonne quia substantia spiritualis non est capax intensiõnis aut remissionis, ideo nec accidens spirituale? Si autem accidens spirituale est capax intensiõnis, de quo nemo dubitat, quidni sit divisibile? Et verò remissionem pœnæ, quæ est effectus Sacrificii, de quo præcipuè hic disputatur, quis ambigat esse divisibilem, sicuti est ipsa pœna? Sed pergamus ad alia.

Arguitur ergo quarto, aliqua corporalia non minus communicantur, etsi pluribus communicentur. Patet de lumine candelæ simul illuminantis plura illuminabilia, & æqualiter, sicut illuminaret quodlibet istorum per se. Patet etiam in voce, quæ æqualiter simul immutat auditum quemcumque multorum auditium, sicut immutaret unum illorum solum; ergo &c.

118. Instancia,

Cui satisfiat ex D. Augustino.

Duo bona æqualia sunt meliora altero,

119.

Allud argumentum dissolvitur ex Scoto.

An anima aquè vivificaret corpus quantumcumque cresceret,

Accidens spirituale est capax intensiõnis,

120. Objectio quarta,

Lumen candelæ simul plura æqualiter illuminat,

Respon-

Responso
ex Doctore
Subtili.

Respondet Doctor Subtilis n. 11. Passi proportionati agenti potest qualibet pars aque perfici: ita saltem quod una non minus perficitur, si alia perficiatur, quæ si sine illa perficeretur; quia enim totum est primo proportionatum agenti, ideo pluralitas partium, quæ includuntur in isto toto, non impedit perfectionem actionis in omnes sicut nec in totum includens eas; sed si uni passo proportionato adderetur aliud passum, illud non opereretur aquæ perfici ab agente, sicut si solum reciperet actionem agentis: hoc patet in illis exemplis.

Allegantur
varia exem-
pla,

Lux enim & sonus, & similia, quantum est de se, multiplicant se sphericè: passum ergo proportionatum tali agenti quantumcumque sit parvum, cum tamen sit sphericum, includit partes: & illa, quæ sunt partes eiusdem spheræ circumstant lumen, & aque illuminabuntur. Hoc est, tantum illuminabitur medium secundum unam diametrum eiusdem spheræ circa candelam, sicut secundum aliam; sed si accipiatur alia spheræ remotior à candela ambiens primam spheram acceptam circa candelam, illa non aquè illuminabitur, sicut prima.

Similia
casu propo-
siti,

Quod ergo dicitur, quod aquè illuminantur plura illuminabilia sicut unum, verum est, quando illa plura sunt partes eiusdem illuminabilis adequati, puta quando sunt contenta in eadem spheræ, sive intra eandem spheram respectu illuminantis, ut centri. In proposito autem duo illi, pro quibus oratur, non sunt per se partes unius, quod sit susceptivum adequatum boni reddendi virtute orationis: sed uterque per se est susceptivum adequatum. Hæc tenet Scotus.

121.
Secundum
presentem
Dei volun-
tatem.

Cæterum, quin sic poterit Deus efficere, ut Sacrificium æqualiter prodesset multis, sicut multi æqualiter ab eadem candela illuminantur, nulla est ratio dubitandi: equidem voluit de facto, ut valor Missæ esset, sicuti in pecunia, vel in jejuniis nostris, quæ divisâ inter multos, minus profunt.

Unde (dicunt quidam) si tot hominibus applicaretur unum Sacrificium, ut ad singulos secundum aliquam sui partem fructus non posset extendi, nemini aliquid conferretur, cum non esset ratio quare potius uni, quam alteri conferretur, sed totum remaneret in thesauro Ecclesiæ, quousque fructus ille, accessu aliorum Sacrificiorum ita augetur, ut omnes aliquid ex eo valerent participare. Ita illi.

Numquam
tot applica-
tur Sacrifi-
cium, quin
ad singulos
secundum
aliquam
partem ex-
tendatur.

Quod si verum est, manifestè probat reviviscentiam Sacrificii, quam quidem aliqui asserunt; sed sine fundamento. Mallem ergo dicere numquam tot hominibus simul posse applicari unum Sacrificium, quin fructus ejus ad singulos secundum aliquam sui partem, quamquam minimam, possit extendi.

122.
Objectio
ultima ex
auctoritate
D. Hiero-
nymi.

Ultimo loco arguitur ex auctoritate Divi Hieronymi, quæ habetur de Consec. dist. 5. cap. Non mediocriter 24. ubi inter alia sic legitur: Dum igitur pro cunctis (aliàs centum) animabus Psalmus, vel Missa dicitur, nihil minus, quam si pro una qualibet ipsarum diceretur, accipitur.

Ad hanc auctoritatem, Glossa, inquit Scotus n. 12. ponit ibi duplicem responsionem. Una est referens hæc ad ipsum celebrantem, ut sit sensus: nihil minus accipitur, supple, pro ipso celebrante; quia sive pro uno, sive pro multo dicatur, semper valet specialissimè celebranti, & æqualiter, quando est aquè dispositus, & aquè ordinatè facit hoc, quod facit: hoc est, aquè celebratur pro multis, quando pro multis, & pro uno, quando pro uno.

Alia responsio Glossæ est ibi referens ad casum, in quo loquitur, quod scilicet non minus valet una Missa pro centum animabus cum cordis hilaritate, quam si pro quolibet uno diceretur cum anxietate. Premittitur enim ibi sic: Melior est quinque Psalmorum decantatio cum cordis puritate ac serenitate, ac spirituali hilaritate, quam totius Psalterii modulatio cum cordis anxietate, ac tristitia. Et tunc subditur illud quod adductum est. Dum igitur pro cunctis &c.

Et hoc secundum fuit fortè specialiter secundum intentionem Beati Hieronymi, volentis loqui ad consolationem Monachorum, quod si pro multis tunc orare; tamen non oportet tot Psalmos legere, quia vergeret in fastidium: sed melius satisfaci illis, si pro eis dicantur pauciores, & cum hilaritate, melius etiam valet dicenti, si potest stare cum obligatione eius. Hæc Scotus. Non tango autem, quod illa verba: Dum igitur &c. nulquam reperitur in Hieronymo, ut fatetur ipse Vasquez n. 28.

Ex dictis inferitur, minime licere fructum Sacrificii, uni soli debitum, pluribus applicare, etiam suppositâ probabilitate oppositæ sententiæ: siquidem fideles, qui Sacerdotes stipendio, vel alio modo ad celebrandum pro se obligant, intendunt sibi applicari fructum Sacrificii certiori modo, quo possunt. Unde si scirent aliquem Sacerdotem idem Sacrificium offerre pro multis petentibus, nulli ab eo Missas peterent, vel stipendium ei darent. De quo plura Sectione sequenti.

Impræsentiarum una superest difficultas, & quæstio, utrum videlicet in eo, pro quo offertur Sacrificium requiratur aliquis consensus, vel alia dispositio actualis, ut possit acquirere ejus fructum. Responsio erit

CONCLUSIO IX.

Ad percipiendum fructum Sacrificii, non requiritur in eo, pro quo offertur, aliquis consensus, vel alia dispositio actualis. Equidem meliorem fructum recipiet pro meliori dispositione, sive actuali, sive etiam habituali.

Ratio primæ partis est; quia ille, pro quo offertur Sacrificium, non concurret activè, sed

Secl. 4. De Effectu & Valore Sacrificii. Concl. 9. 457

sed solum habet se passivè, sicut ille, pro quo aliquis jejumat, vel offert alia pia opera: ergo non requiritur ejus cooperatio, sed ignorans, & nihil agens poterit illum fructum recipere, non tantum impetrationis, sed etiam satisfactionis.

Numquid etiam positivè dissentiens? Afirmat Lugo disp. 19. n. 196. Probat à simili; quia non potest aliquis quando baptizatur, impedire, ne Baptismus afferat remissionem pœnæ, etiam si positivè nolit illud beneficium, si tamen vult ritè baptizari: quod idem de Martyre dicendum est. Ergo similiter de illo, pro quo offertur Sacrificium: tam enim effectus Sacrificii provenit ex præterita satisfactione Christi applicatâ, quàm effectus Baptismi, aut Martyrii.

Sed contra; in illo, qui baptizatur, requiritur positivè voluntas: ergo etiam in illo, pro quo offertur Sacrificium. Numquid ad verum Martyrium requiritur voluntaria perpessio mortis? Indubiè. Ergo similiter ut Sacrificium pro me consecratur oblatum, necessaria erit voluntaria ejus acceptatio.

Respondeo Negando Consequentiam. Disparitas est, quòd ille, qui baptizatur, sit subiectum, non tantum effectus Sacramenti, sed etiam ipsius Sacramenti; & aliunde constat ad valorem Sacramenti ex Christi institutione necessariam esse in adultis voluntariam ejus receptionem. Pariter cum Martyrium adultorum sit actus aliquis virtutis, ut suo loco diximus, & testimonium, quod redditur veræ fidei, quomodo potest esse verus Martyr, qui positivè invitus occiditur? At verò Sacrificium est actio solius offerentis, & in ipso solo subiectatur, cum potestate fructum ejus applicandi cuicumque voluerit: ergo non possum impedire effectum, ad quem ego nullo modo concurro.

Breviter, oblatio Sacerdotis est verum Sacrificium vel nolit ille, pro quo offertur; quid ergo mirum si etiam positivè dissentienti conferat suum effectum? At verò non est verus Baptismus, aut verum Martyrium absque proprio consensu Martyris, aut illius, qui baptizatur, si proprii consensus sit capax, Deo ita volente.

Ceterum quemadmodum Baptismus & alia Sacramenta conferunt suum effectum secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem, quidni similiter Sacrificium?

Et ratio à priori est, quia per Sacrificium, prout etiam per Sacramenta, substituitur satisfactio Christi in locum satisfactionis propriæ: sicut ergo propria satisfactio causaret plus vel minus remissionis pœnæ Purgatorii, juxta mensuram dispositionis satisfaciens; ita quoque satisfactio Christi, applicata per Sacrificium, juxta mensuram dispositionis ejus, pro quo Sacrificium offertur.

Si dixeris, in Sacrificio totus effectus pendet ab applicatione Sacerdotis. Respondeo, etiam in Sacramento Pœnitentiæ effectus satisfactio-

nis Sacramentalis pendet ab intentione Sacerdotis, & tamen ad illum concurrat dispositio satisfaciens.

Planè, inquis, concurrat, quoniam ipse pœnitens propriis operibus satisfaciens: hic autem quid? Etiam renitenti, ut dictum est, conferatur remissio.

Contra; satisfactio sacramentalis non tantum habet effectum ex opere operantis, verum etiam ex opere operato, in quantum præcisè imponitur à Confessario, & ad esse sacramentale elevatur per absolutionem.

In talibus, satisfactio propria alteri applicata, non operatur juxta ejus dispositionem: ergo &c.

Respondeo; disparitas est, quòd hæc satisfactio totum suum valorem habeat ex dignitate operantis, & operis: porro Sacrificium, præter valorem quem habet ex opere operantis, qui non crescit ex meliori dispositione ejus, pro quo Sacerdos Sacrificium offert, insuper valet ex opere operato, quatenus per illud applicatur satisfactio-nes Christi, independentè à bonitate offerentis simili modo, quo applicatur per Sacramenta. Quidni ergo secundum dispositionem subiecti?

Quia, replicas, Sacerdos ita potest pro sua libertate applicare effectum oblationis, ut possit illum æqualiter dividere inter duos, & tunc singuli habebunt æqualem effectum, licet unus sit sanctior alio & magis devotus.

Respondeo; Sacerdos solum applicat virtutem Sacrificii quasi in actu primo, & ita dimidia pars habebit majorem effectum in uno, quàm in alio, quia æqualis causa magis operatur in subiecto melius disposito. Non ergo determinat Sacrificians immediatè effectum, sicut Pontifex concedens Indulgentiam, determinat remissionem tantæ vel tantæ pœnæ unius, duorum vel plurium annorum; sed partem causæ, vel efficaciam in actu primo ad causandum talem vel talem effectum.

Hanc inæqualitatem effectus videntur indicare illa verba Canonis: *Et omnium circumstantiarum, quarum tibi fides cognita est, & nota devotio.* Cumque loquantur generaliter, non est ratio sufficiens illa restrictè intelligendi de sola devotione erga hoc Sacrificium, sed intelligenda sunt de omni prorsus devotione & fide.

Porro quæ dispositionis actualis, eadem est ratio habitualis. Unde gratia habitualis non tantum habet se in Sacrificio tamquam removens prohibens, sed etiam tamquam positivè disponens, simili modo, quo disponit in Sacramentis; quidquid contradicat Suarius disp. 79. sect. 10, ubi tenet oppositum nostræ Conclusionis propter argumenta jam soluta.

Suarium sequitur Regius q. 83. n. 171. dicens: *Fructus hujus Sacrificii, qui consistit in remissione pœnæ temporalis, non crescit pro magnitudine dispositionis ejus, pro quo offertur.* Probat: quia cum hæc remissio fiat per solam extrinsecam condonationem, nec homo propriè per eam fiat melior, aut aliquid positivi

M m acqui-

A effectum satisfactio- nis sacra- mentalis concurrat dispositio satisfaciens.

128. Disparitas inter satisfactio- nem propriam alteri applicatam, & Sacrificium.

129. Replica.

cui satisfactio Sacrificians non determinat immediate effectum, sicuti Papa concedens Indulgentiam.

130. Inæqualitas effectus colligitur ex verbis Canonis.

Dispositio- nis actualis & habitu- alis eadem ratio.

Suarium

131. Oppositum Conclus. post Suarium docet Coniunct. quantum ad remissionem pœnæ.

An positivè dissentiens reciperet fructum? Afirmat Lugo & probat à simili in Baptismo.

125. Objectio.

Solutio. Qui baptizatur est subiectum Sacramenti.

Martyrium est actus virtutis.

Sacrificium est actio solius offerentis.

126. Sacrificium secundum cuiusque dispositionem est operativum.

Ratio à priori.

127. Objectio solvitur.

acquirat, non dantur propriè ad illam aliquæ dispositiones, quarum una sit aliâ melior; sed hæc solum dantur ad effectus aliquos positivos. Secus est de Sacramentis, quæ conferunt gratiam habitualem, ad quam datur dispositio major aut minor.

sed de gratiis prævenientibus nobiscum sentis.

Addit n. 172. Quòd si loquamur de gratiis prævenientibus, est satis probabile, hunc effectum communiter esse majorem in meliùs dispositis. Tum quia eadem gratia in actu secundo communiter efficacior est in meliùs disposito; tum etiam, quia, etsi Deus sæpè etiam maximè indispositos & indignissimos ex inscrutabili iudicio maximis gratiis præveniat, tamen sæpè etiam in iis conferendis respicit aliquâ hominis dispositionem. Unde communiter majores gratias confert iustis, quàm iniustis, & tunc potiùs quando homo aliquo modo est ad pietatem aptior, quàm quando omnino est immerfus vitiiis. Ita Regius.

132. Hæc sententia rejicitur.

Sed numquid etiam in conferenda remissione pœnæ temporalis, Deus respicit aliquam dispositionem hominis? Communis sententia requirit statum gratiæ, ut vidimus Conclusionem tertiâ. Cur ergo magis iustis non conferet majorem effectum remissionis pœnæ temporalis?

Remissio pœnæ temporalis ex opere operantis fit secundum dispositionem subiecti.

Et verò remissio pœnæ temporalis ex opere operantis, nonne & ipsa fit per solam extrinsecam condonationem? Quis ideo negat eam fieri secundum dispositionem subiecti?

Sanè qui majorem gratiâ & sanctitatem habet, sicut per actum jejunii cæteris paribus plùs gratiæ meretur, quàm alius, qui est minùs gratus, sic per idem jejunium magis satisfacit: ad utrumque enim effectum attenditur dignitas personæ merentis & satisfaciens; & ideo opera Christi habebant quasi infinitum valorem in ratione meriti, & in ratione satisfactionis.

133. uti etiam quando est effectus satisfactionis sacramentalis, Lugo.

Præterea, quando remissio pœnæ temporalis est effectus satisfactionis sacramentalis, numquid homo per eam fit melior, aut aliquid positivi acquirit? Et tamen tunc major est, vel minor pro quantitate dispositionis pœnitentis, ut docet Lugo de Pœnit. disp. 25. n. 26. & 27. consequenter ad illa quæ hic docuerat disp. 19. n. 200. & seqq. ubi tenet nostram Conclusionem.

aut absolutiois.

Et quamvis fortè Regius negaret, satisfactionem sacramentalem conferre remissionem pœnæ temporalis secundum dispositionem pœnitentis, equidem negare non posset, per absolutionem sacramentalem, quando simul cum culpa remittitur, & commutatur pœna æterna in temporalem, commutari in minorem, si subiectum sit meliùs dispositum: ergo non sola gratia habitualis, vel actualis, sed etiam remissio pœnæ potest pendere à mensura dispositionis: cur ergo non pendebit, quando per Sacrificium confertur?

134. In eo, pro quo sacrificium confertur, re-

Ex his infero cum communi sententia: ergo in eo, pro quo offertur Sacrificium, requiritur indigentia actualis: nam sicut satisfactio Sacra-

mentalis, aut absolutio non delet pœnam pro peccatis futuris sic nec Sacrificium; hoc enim esset dare quendam impunitatem peccandi; & aliunde solutio ex natura sua supponit debitum.

Unde reprobatur ab omnibus consuetudo illorum, qui nunc applicant Missas pro illis, qui postea illas petent, & stipendium sustentationis offerent. Siquidem periculum est, quòd intentioni petentium non satisfiet, vel quia adhuc vivunt, pro quibus postea defunctis petetur Sacrum, vel quia tunc non habent debitum pœnæ perfolvendæ, vel quia sunt incapaces fructus satisfactionis &c.

Meritò ergo illa praxis tamquam periculosa, scandalosa, & contraria vetustissimo Ecclesie mori eliminanda mandatur à Congregatione Concilii Tridentini in responsione missæ ad Cardinalem de Guevarra Archiepiscopum Hispalensem 15. Novemb. an. 1605. sub Paulo V. sub his verbis: *Omnes uno ore in eam sententiam iverunt, ut huiusmodi usus his Missas applicanti, qui postea eas petunt, vel in id stipem collati sunt, tamquam periculosus, scandalosus, atque ad rem rursus Ecclesie morem in ista Regione, non à aliquo Theologorum opinione, non ita pridem ortus, prorsus tollatur, atque eliminetur.*

Rectè autem advertit Lugo disp. 19. de Eucharistia, n. 209. licet non possim ego hodie satisfacere pro peccato nondum commisso, possum tamen hodie orare pro auxilio in necessitate futurâ; sicut orabat David Psal. 70. v. 9. *Ne projicias me in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Similiter ergo poterimus hodiernum Sacrificium offerre ad imperandum divinum auxilium pro necessitatibus futuris. Interim, quia effectus satisfactionis præcipuus est, meritissimò Congregatio Cardinalium prædictam praxim statuit prorsus tolli atque eliminari.

Nec minùs, imò magis eliminanda est consuetudo aliquorum, qui, cum non habeant stipendium pro Sacro faciendo, celebrant sine applicatione, applicaturi postmodum illi, qui dato stipendio Sacrum ad sui intentionem fieri postulabit: quasi verò in potestate ipsorum sit effectum Sacrificii suspendere, magis quàm effectum Sacramentorum.

Fateor, sufficit applicatio habitualis (de qua fusè egimus disp. 1. sect. 7. conclus. 7.) quoniam non est Sacrificii effectiva, sed intentionem Sacrificii comitatur, & dirigitur ad Deum. ut fructum futuri Sacrificii conferat ei, cui illum Sacerdos ex nunc donat, supposito quòd sit sacrificaturus, aut non revocet; sufficit, inquam, si tamen applicatio actualis facta fuerit antequam Sacrificium sit perfectum, imò fortè ante consecrationem, saltem Calicis; ne aliàs fideles fortassis frustrantur fructu Sacrificii, quem multi putant conferri statim post peractam consecrationem, utpote in qua essentialiter consistat ratio Sacrificii.

Et dato,

Et dato, quod sufficeret applicatio ante sumptionem Sacramenti, quæ saltem est pars integralis Sacrificii, satis constaret effectum non suspendi post peractum & integraliter completum Sacrificium ad libitum Sacerdotis; in cuius certè potestate non aliter est Sacrificii effectus, quàm sit ipsum Sacrificium: sicuti in potestate ministri non aliter est effectus Sacramenti, quàm ipsum Sacramentum.

oblacioni cruentæ per incrementum quovis modo derogetur.

Cumq; natura hominum ea sit (utor verbis Tridentini sess. 22. cap. 5.) ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustollì; propterea pia Mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quedam submissa voce, alia verò elatiore, in Missa pronuntiarentur, instituit. Ceremonias nem adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliq; id genus multa, ex Apostolica disciplina & traditione, quo & maiestas tanti Sacrificii commendaretur, & mentes Fidelium per hæc visibilia Religionis & pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc Sacrificio latent, contemplationem excitarentur. De his itaque visibilibus signis instituitur

137. Te Missæ Sacrificium uberrimè percipiunt fructus Sacrificii crucis

Finio Sectionem, & ingentè fateor, plurima, quæ in ea diximus, valde incerta esse, cum pendeat à voluntate Christi, de qua non satis constat, vel ex Scriptura, vel ex Conciliis, aut Traditione. Firmissimè autem teneas, & nullatenus dubites, per hoc divinum ac sacrosanctum Missæ Sacrificium uberrimè percipi fructus Sacrificii Crucis, tantùm abest ut

SECTIO QUINTA.

De solemnibus Missa Sacrificii ceremoniis.

1. Missæ Sacrificium, omnium Religionum cultu ac veneratione est celebrandum.

Libet hanc Sectionem auspiciari ab illis verbis Concilii Tridentini sess. 22. in decreto de observandis & evitandis in celebratione Missæ: *Quanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctum Missæ Sacrificium omni Religionis cultu, ac veneratione celebretur, quivis facile existimare poterit, qui cogitavit, maledictum in sacris Litteris eum vocari, qui facit opus Dei negligenter. Quod si necessarium fuerit, nullum aliud opus adeo sanctum ac divinum à Christi fidelibus tractari posse, quàm hoc ipsum tremendum Mysterium, quo vivifica illa hostia, quæ Deo Patri reconciliati sumus, in altari per Sacerdotes quotidie immolatur, satis etiam apparet omnem operam ac diligentiam in eo ponendam esse, ut quanta maxima fieri potest interiori cordis munditiâ & puritate, atque exteriori devotionis ac pietatis specie peragatur.*

Et quidem de interiori cordis munditiâ & puritate fusissimè egimus disputatione præcedenti sect. 10. per totam. Impresentiarum autem tractandum erit de exteriori devotionis ac pietatis specie, id est, de tempore, loco, aliisque circumstantiis hujus Sacrificii. Sit itaque

CONCLUSIO I.

Vi Sacerdotii præcisè non obligantur sub mortali singuli Sacerdotes ullo tempore celebrare.

2. Non est gravis obligatio in Sacerdote præcisè celebrandi ullo tempore

Videtur esse sententia D. Bonaventuræ 4. dist. 12. art. 2. q. 1. ibi: *Si autem Sacerdos non vivat de altari, sed in libertate sua remaneat, non tenetur magis ad Sacramentum Eucharistiæ accedere, quàm alius homo ex debito; sed magis ex bono, & equo.* Eandem tenet Victoria in Summa

num. 94 citans Caietanum parte 3. q. 82. a. 10.

S. Bonav. Victoria Caietanum

Quod autem Adversarii dicunt, illum articulum seu commentarium articuli expunctum fuisse jussu Pii V. Pontificis Maximi in Romana editione, nequiquam probat hanc sententiam esse falsam & improbabilem; sed cum Caietanus esset Archithomista, ageretque non solum commentatorem, sed propugnatores quoque sententiarum D. Thomæ, noluit Pontifex (ipse quoque Thomista) ut extaret, maxime in Romana illa editione suâ auctoritate Pontificiâ editâ, sententia manifestè opposita Doctori Angelico. Quamquæ, ut bene notavit Victoria supra, D. Thomas non exprimat hoc esse mortale.

Plures alios refert Suarius disp. 80. sect. 1. pro hac sententia dicens, non videtur posse negari, quin probabilis sit, ita ut qui se illi practicè conformavit, à peccato mortali excusari possit. Ratio, quia præceptum, præsertim sub peccato mortali, asserendum non est sine fundamento, quod moraliter convincat, hæc autè nullû apparet hujusmodi, ut patebit ex eorû solutionibus.

pro qua sententia plures Auctores citat Suarez. Eius probatio.

Primum eruitur ex illis verbis D. Ambrosii: *Grave est, quod ad mensam tuam mundo corde, & manibus innocentibus non venimus; sed gravius, si dum peccata metuumus, etiam Sacrificium non reddamus.* Sed primum est mortale: ergo & secundum.

3. Objicitur etiam auctoritas D. Ambrosii.

Respondet Doctor Seraphicus: *Dicendum quod loquitur de talibus, qui tenentur (ex assumpto officio curæ pastoralis) vel si de omnibus, tunc loquitur de immunditiâ veniali, non mortali.* Alioquin falsa esset sententia ibi contenta; nam indubiè gravius peccatum est, celebrare in mortali, quàm omittere celebrationem Sacrificii: minus autem peccatum esse posset, celebrare in peccato veniali, quàm non celebrare.

Ad quam respondet D. Bonaventura.

Omitto illa verba in Divo Ambrosio non reperiri, ut contrariæ sententiæ Doctores

Secunda responsio, quod auctoritas ista in Ambrosio non reperitur.